



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1675

Disputatio X. De Sacramento Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72963)

Quem esse mortalem expresse Tridentini non satis ponderatum à Suarez. Spiritus sancti injuria esse possit. Quæ verba si attendisset Suarez disp. 44. sect. 1. non dixisset, Concilium non determinasse contemptum hujus Sacramenti esse peccatum mortale, sed simpliciter docuisse ipsum non contemni sine peccato: cum doceat expresse ipsum contemni non posse. *Esque ingenti*

scelere, quod utique est, peccatum mortale. Dixi etiam in Conclusionem, Moraliter, quia negligens in extremo periculo medium tam utile ad salutem, quando facile potest obtineri, à peccato veniali contra charitatem propriam vix potest excusari.

DISPUTATIO DECIMA.

De Sacramento Ordinis.

ORDO interdum sumitur, ut sit idem quod respectus prioris & posterioris. Secundò atque etiam propriè significat certum inter homines statum seu gradum in Republica. Quo sensu dicitur quis esse Ordinis senatorii, Ordinis equestris &c. Simili etiam sensu in Ecclesia vocatur Ordo clericalis, atque etiam Status religiosi appellantur Ordines. Magis autem ad præsens propositum, idque utilitatè sumitur Ordo pro gradu permanente, sive pro spiritali potestate, quæ ministris Ecclesiæ traditur, ad conficienda vel ministranda Sacramenta, ac præsertim Eucharistiæ Sacramentum & Sacrificium, vel saltem ea quæ proximè vel remotè ad eadem Sacramenta referuntur. Denique sumitur pro certo ritu externo & transiente, quo dicti ministri consecrantur, eisque potestas præfata confertur: qui ritus etiam frequenter & propriè dicitur Ordinatio, & habet Ordinem præcedenti modo acceptum pro effectu. Estque hæc ultima acceptio maximè ad sensum præsentis loci. Unde fit

QUESTIO I.

An in Ecclesia sit verum Ordinis
sive Ordinationis Sacramentum?

NEGAT Lutherus lib. de Captivitate Babylonica c. de Ordine, Kemnitius & quidam alii Hæretici recentiores. Non est tamen ausus negare Calvinus, qui etsi plerisque locis duo tantum Sacramenta admittat, Baptismum videlicet & Cœnam, veluti omnibus communia; alibi tamen agnoscit etiam Ordinationem pro vero Sacramento. Quod etiam faciunt præcipui ex Lutheranis, teste Bellar. lib. de Sacramento Ordinis c. 1.

Notissimum autem fidei dogma habet, in Ecclesia dari verum & propriè dictum Ordinis Sacramentum. Probatur I. ex Scriptura Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis Christus Apostolos constituit Sacerdotes, dando eis potestatem in suum corpus verum. Deinde post

resurrectionem contulit eisdem potestatem in corpus suum mysticum, quando dedit illis potestatem remittendi peccata, dicens Joan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Ubi per Spiritum sanctum indicatur gratia per istam Ordinationem collata.

Insuper Apostolus 1. ad Timoth. 4. ait: Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam (id est, ipsam formam Ordinationis, ut multi intelligunt, vel potius inunctum divinum, de adolescente Timotheo in Episcopum ordinando, cujus fit mentio cap. 1. ubi dicitur: Secundum præcedentes in te prophetias; ut explicat noster Sabbath, Esaias & alii) cum impositione manuum presbyteris, id est, coetus seu collegii Presbyterorum. Quo nomine ibi more Scripturæ etiam comprehenduntur Episcopi. Et 2. ad Timoth. 1. ait: Adpone te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Ubi apparet symbolum sensibile manuum scilicet impositio, & effectu Sacramento proprius per illud collatus, nempe gratia. Frustrà autem hæc verba ad sensum alienum detorquere conati sunt Hæretici: cum ipsa de se satis clara sint, & in sensu Catholico semper ea intellexerit Ecclesia, & in praxi retinuerit.

Allegant etiam aliqui, signanter Aversa q. 1. sect. 1. illud Act. 10. Tunc jejunantes & rames, imponentesque eis (scilicet Paulo & Barnabæ ceteri Apokoli) manus, dimiserunt illos. Ubi (inquit Aversa) Apostoli ordinaverunt Paulum & Barnabam, scilicet in Episcopos. Quod necessariò dicendum videtur, ut rectè alioquin Sacramentum Ordinis colligatur ex Scriptura agente de impositione manuum, ac ne alias præcipuus locus ex Episkola ad Timotheum Catholicis in præsentem eripiat. Aliis nihilominus apparet Paulum & Barnabam ibi non fuisse ordinatos, sed solum dimissos in opus, ad quod à Spiritu sancto erant segregati, cum impositione manuum, veluti quâdam benedictione. Nec videtur creditibile Paulum ante id tempus necdum fuisse Episcopum. Neque ob hoc eripuntur Catholicis alia loca à nobis præmissa; utpote in quibus expressa fit mentio gratiæ

riae datae per impositionem manuum: quod hic non fit.

Probat II. ex Patribus, Pontificibus & Conciliis. Ambrosius de Dignitate sacerdotali c. 5. ait: Homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Augustinus lib. 2. contra Epistolam Parmeniani cap. 13. comparans Ordinationem cum Baptismo ait: Virumque Sacramentum est, & quaedam consecratione utrumque homini datur; alia cum baptizatur, istud cum ordinatur: ideoque in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterari. Et infra: Si utrumque Sacramentum est, quomodo nemo subiciat & tamen dubitant, immo negant nuper nati Sectarii) cur illud non amittitur, & istud amittitur? Neutri Sacramento injuria facienda est. Auctoritates Dionysii, Cypriani, Chrysostomi, Innocentii I. Leonis I. Gregorii magni & aliorum vide apud Bellarminum c. 3. Idem patet ex Concilio Chalcedonensi can. 2. Florentino in Decreto de Armenis. Trid. sess. 7. can. 1. de Sacramentis in genere & sess. 23. can. 3. Unde c. 3. merito dixit: Cum Scriptura testimoniis, Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu, respectum sit, per sacram Ordinationem, quae verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri, arbitrare nemo debet, Ordinem esse, quod proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae Sacramentis.

Accedit denique ratio Theologica: quia existat in Ecclesia exercitium sacrarum functionum, ad quas conveniebat à Christo relictam esse in Ecclesia potestatem, eamque non esse omnibus sine discrimine communem, sed personis sensibili & modo hominibus, accommodato designandis specialem: quae ritus sensibilis est Ordo, de quo agimus, à tempore Apostolorum usque hinc per Pontifices usitatus: quem denique non conveniebat à Christo gratiae Auctore relinqui sine proportionatis gratiae donis ad functiones tam sacras digne obeundas necessariis.

Sanè ipsa Lex vetus, non quovis, sed certos designari mandabat ministros, mediis certis ritibus: quanto magis id Legis novae incumberebat Auctori, qui non ad sanguinem hircorum, sed pretiosum sanguinem Agni immaculati offerendum eos designabat. Unde etiam amplior sanctificatio, scilicet interna, ministris per ritus illos conferenda erat: Novum enim testamentum in melioribus re-promissionibus sanctum est, ut dicitur ad Hebr. 8.

QUAESTIO II.

Quot sint Ordines, & quae officia singulorum?

Dico I. Communiter recensentur septem Ordines, scilicet Sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolythi, Exorcistae, Lectoris, Ostiarii. Hos enume-

Herimx Sum. Theol. Pars IV.

rat Tridentinum sess. 23. c. 2. & Carthaginense IV. Eisdem tamquam rem antiquam enumerat Cornelius Papa circa annum 255. Epistola ad Fabium Antiochenum apud Eusebium l. 6. c. 33. & Cajus Papa circa annum 284. in Epistola ad Felicem. Ex quibus patet usum horum Ordinum esse in Ecclesia antiquissimum: adeo ut Trid. supra dicat etiam Subdiaconatum & quatuor minorum Ordinum nomina atque propria ministeria ab ipso Ecclesiae initio in usu fuisse. Vide Baronium ad annum Christi 44.

Dico II. Episcopatus est verus Ordo à Christo institutus, & à simplici Sacerdotio aequaliter distinctus. Est communis & fatis certa Doctorum sententia. Probat ex Anacleto Papa IV. post S. Petrum Ep. 3. cap. 1. Damaso Papa Ep. 4. Leone I. & refertur, c. Omnium Sacerdotum dist. 32. Gelasio Papa, & refertur c. Diaconos dist. 93. qui Episcopatum appellant Ordinem, & à simplici Sacerdotio distinguunt. Similiter in Carthaginensi IV. describitur specialis ritus consecrandi Episcopos, sicut describitur ritus ordinandi Presbyteros, Diaconos &c. Accedit auctoritas Tridentini, quod allegabitur n. seq. Accedit praeterea, quod juxta dicenda q. seq. Episcopatus sit Sacramentum, utique Ordinis (non enim alterius generis seu speciei) ergo ipse est Ordo.

Nec obstat, quod communiter tantum septem Ordines soleant recenseri: nam tunc sub Sacerdotio comprehenditur Episcopatus: quia (ut ait Anacletus supra) Sacerdotum Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Et c. 2. Amplius quam isti duo Ordines Sacerdotum (simplicium videlicet & Episcoporum) nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Alioquin si nomine Sacerdotii intelligeretur solum simplex Sacerdotium, verè quidem essent octo Ordines, juncto Episcopatu: etsi hic non soleat separatim numerari, eò quod non sit ita à ceteris distinctus, uti ceteri inter se: cum juxta dicenda sum. 25. essentialiter praerquirat Sacerdotium. Aliàs ipsum Tridentinum non obscure Episcopatum inter Ordines agnoscit: nam supra cap. 3. ad probandum quod Ordinatio sit Sacramentum, adducit locum Apostoli 2. ad Timoth. 1. qui juxta communem expositionem agit de Episcopatum Ordinatione Episcopali. Et cap. seq. dicit nullius secularis potestatis auctoritatem ita requiri in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum & ceterorum Ordinum, ut sine ea irrita sit Ordinatione.

Ratio Theologica est: quia Episcopatus est gradus eminentis in Ecclesia Dei, continens potestatem ad conficienda Sacramenta Confirmationis & Ordinis, quorum alii Sacerdotes non sunt ministri ordinarii, etiam validè. Et si per respectum ad Eucharistiam quis contendat Ordinem esse

8. Episcopatus est verus Ordo aequaliter à simplici Sacerdotio distinctus.

9. In numero septenario Episcopatus sub nomine Sacerdotii comprehenditur.

Ipsam Tridentinum agnoscit Episcopatum esse Ordinem.

Præter idem ratione Theologica.



esse definiendum, sanè Episcopatus specialem ad illam respectum dicit, quatenus constituit legitimos Eucharistiæ ministros.

10. Porro Episcopatum esse à Christo institutum, constat ex *Anacleto supra*; & colligitur ex *Tridentino supra* dicente ad ordinem hierarchicum Ecclesiæ præcipue pertinere Episcopos, qui in locum Apostolorum successerunt. Et *can. 7.* definit eos habere potestatem confirmandi & ordinandi, nec eam illis esse cum Presbyteris communem; indubie ex Christi institutione. Ad quam etiam constat esse referendam rationem Sacramenti: quam Episcopatus sortitur juxta dicenda *quæst. seq.* Allegatur quoque & maxime urgetur *Canon 6.* de quo *n. seq.* Neque in *Tridentino* fuit vocatum in dubium, quin potestas (quam vocant Ordinis) in Episcopis proveniret proximè ex institutione Christi, sed aliud, de quo infra.

Es quidem tamquam gradum Superiorem simplicis Sacerdotio.

Ex quibus locis similiter manifestum est, Episcopos esse simplicibus Sacerdotibus superiores. Eadem contra Hæreticos recentiores declarat *c. 4.* & definit *can. 7.* Quod etiam patet ex perpetua traditione Patrum & Ecclesiæ: nã ab initio extiterunt Episcopi Presbyteris superiores, ut perspicuum est ex tota Ecclesiastica historia: idque originem habuisse ex institutione Christi, testantur & supponunt antiquissimi Patres, *Anacletus supra*, *Dionysius c. 5. Eccles. hierarch.* & alii. Unde juxta *Tridentinum sup. c. 4.* *Anacletum supra*, *Augustinum*, *Leonem* & alios, Episcopi succedunt in locum Apostolorum, Presbyteri verò in locum 72. Discipulorum; qui erant utique inferiores respectu Apostolorum. Denique Episcopi sunt in Ecclesia, quod in Synagoga Moyses, Aaron & principes Sacerdotum, Presbyteri verò obtinent locum Sacerdotum communium, juxta *Hieronymum in Epist. ad Evagrium*, *Concilium Hispanense II. can. 7.* *Leonem Epist. 88.* ergo sunt superiores respectu Presbyterorum, sicut Aaron & principes Sacerdotum respectu aliorum.

II. Ex his etiam satis manifestè patet Episcopum Presbyteris absolutè superiorem seu eminentiorem esse jure divino, & signanter ex verbis *Tridentini supra can. 7.* ubi simul explicat, quã ratione sit superior, quia videlicet ipse solus potest ordinare Presbyteros, utique ex institutione Christi, quæ etiam ministrum Sacramentorum determinavit. Unde semper irritum & inane fuit habitum, quidquid non Episcopi circa Ordinationem Presbyterorum attentassent. Similiter circa Confirmationem nil potest simplex Sacerdos, nisi ex commissione, saltem Pontificis.

11. In *Tridentino* quidem longa admodum & molesta fuit inter Patres discussio de Episcopis, an eorum institutio, ac superioritas respectu simplicium Sacerdotum esset juris

divini ac immediate à Christo. Nec dubitabatur, aut jure poterat ab aliquo dubitari, quin in Deum ipsam ac Christi institutionem seu mandatum foret referendum, quòd in Ecclesia instituerentur Episcopi, quodque legitime instituti & ordinati habeant eminentiorem quamdam præ ceteris potestatem Ordinis tamquam ministri Ordinationis, etiam Sacerdotalis, nec non velut Ordinarii ministri Confirmationis; quæ potestas manifestè ad Christum tamquam auctorem potestatis, numano arbitrio non subjèctæ, est proximè referenda. Verùm contendebant multi Patres acriter, ut simpliciter definiretur Episcopus Presbyteris esse majores jure divino, prout habebatur in digesta dudum sub *Julio III.* (de qua tamen non fuerant dictæ conciliariter Patrum sententiæ) formulâ. Prout & in formula, quam postea digessit Cardinalis Guisius seu à Lotharingia apud *Palavicum l. 19. c. 6. n. 4.* proponebatur *Anathema, si quis dixerit Episcopos non fuisse à Christo institutos in Ecclesia, aut ex sacra ordinatione Presbyteris majores non esse.* Verùm alii contranitentibus hujusmodi indiscriminatim de Episcoporum potestate pronuntiata speciem præ se ferre, quòd tota eorum potestas, etiam jurisdictionis, foret ex institutione Christi ac jure divino, prout multi Episcopi contendebant; tandem *Hyduntinus Antistes* adhibere studuit temperamentum quantum satis esset ad id quod certum erat definiendum, ponens gradum Episcoporum in Ecclesiastica Hierarchia non esse pro arbitraria Pontificis voluntate, ac proinde in *can. 6.* loco ex institutione Christi ponendum *Ordinatione divina* relicto eo quod incertum erat, an hujusmodi ordinatio ducta fuisset in opus à Deo proximè, an per ipsius Vicarium; ut refert *Palavicus l. 1. c. 11. n. 1.* atque ita tandem (ut refert *n. 4.*) conclusum fuit (nonnullis Hispanis opponentibus, id posse intelligi de communi providentia Dei) ut superioritas Episcoporum supra presbyteros doctique juris divini mentione statueretur, & *Canon 6.* sic formatus maneret: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divinam ordinatione institutam, qua constat ex Episcopis & Presbyteris & Ministris, Anathema sit & can. 8.* damnantur Hæretici adherentes, Episcopos, quæ auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos & veros Episcopos.

An itaque superioritas Episcoporum quoad jurisdictionem ut juris divini, non solum in *Concilio Tridentino* acriter controversum fuit, sed modò adhuc controversum est: nam isti eò multi Patres præsertim Hispani ita senserunt post *Franciscum à Victoria*, diversi tamen in modo explicandi; ut ex eorum discursibus apud *Palavicum* variis locis constat. Immo quibusdam videbatur litigium ad mera vocabula redactum, quatenus jurisdictionem alii à Christo,

sto, alii à Pontifice proximè derivantes, in eo conveniebant, quod usus & materia dependebat à Pontifice. Et hoc modo quoque jurisdictionem ipsam Vasquez & alii censent esse juris divini, & ab Ecclesia tantum applicari materiam, v. g. dicecesim. Sed plerique alii existimant esse, juris humani. Quod, si bene explicetur, omnino verum existimo: nam etsi jure divino & ex voluntate Christi sint in Ecclesia Episcopi, qui eam tamquam ordinarii Pastores sub summo Pontifice regant; ideoque Tridentinum supra cap. 4. declarat eos esse pastores, sicut Apostolus ait, à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, & consequenter obligetur Papa eos vocare in partem sollicitudinis: Christus tamen immediatè non dat illis jurisdictionem, sed summo Pontifici id commisit, nam (ut ait Leo Papa serm. 3. de sua Assumptione) si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit. Hinc Pontifex concedit jurisdictionem tantam, & illis Episcopis, sicut videtur ipsi ad utilitatem Ecclesiae conveniens: concessam quoque restringit, vel ampliat, etiam materiam v. g. dioecesi applicatam: eamque Episcopi non habent præcisè per Ordinationem seu Consecrationem, sed etiam antè, eo ipso quod sunt confirmati: quemadmodum etiam alii non Episcopi frequenter similem jurisdictionem à Pontifice obtinent, v. g. Prælati Religionum. Quæ & alia satis manifestè indicant, Episcopos immediatè accipere jurisdictionem à Pontifice; qui tamen circa potestatem Ordinis, eò quod sit jurisdictionis divini, non potest aliquam inducere Ordinationem. Neque idcirco jurisdic-tio Episcoporum censeri potest delegata, quin potius ordinaria: quæ censetur & illa, quæ datur à supremo Principe iudicibus jure ordinariè constitutis.

Inter utramque porrò opinionem subtiliores seu religiosiores juxta Palavicinum l. 19. c. 6. non modicum observabant discrimen: eò quod juxta celeberrimam Panormitanam & Detti doctrinam ex altera opinione sequeretur, non posse à Pontifice sine causa auctori materiam semel destinatam. Et quamquam id licitè non ageret pro sua mera voluntate: cum tamen de causæ sufficienti emergere possent diversa pro affectu judicia sive opiniones, natæ forent frequenter sequi graves perturbationes, si quando vellet Pontifex v. g. Sacerdotium aliquod in aliena diocesi reservare, aut Ordinarii collationem antevertere, aut subditi cuipiam immunitatem à Præsulis potestate indulgere, aut Episcopum ex una in alteram sedem transferre: etenim foret semper de irrita jussione litigare, attento colore insufficientis rationis. Satiùs ergo erat Pontificem subditorum judiciis hac in parte non subijci, sive alligari. Ideo-

Herin Sum. Theol. Pars II.

que tanta in multis Patribus Concilii erat ad singulas voces animadversio, ne definitur institutio Episcoporum immediatè à Christo, nisi ad sinistram interpretationem evitanda adhiberetur limitatio: Quantum spectat ad Ordinis potestatem. Ita Palavicinus.

Contra prædicta obijciuntur quædam loca Patrum, præsertim Hieronymi, qui in c. 1. ad Titum ait: Idem est Presbyter, qui Episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in Regione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli..... communi Presbyterorum consilio Ecclesie gubernabantur: postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat, suos esse putabas, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur ceteris. Ergo Episcoporum dignitas & distinctio à Sacerdotibus est inventum humanum. Resp. Neg. seq. Ad Hieronymum respondent Nonnulli ipsum fuisse istius sententiæ seu potius erroris. Sed dico, ipsum ad nummum velle, quod Episcopus quoad jurisdictionem sit superior Presbyteris ex Ecclesie ordinatione: quam tamen non improbat Hieronymus (sicut olim improbat Aërius, & nunc recentiores Hæretici) sed abusum illius, ex arrogantia quorundam Episcoporum proventientem in despectum Presbyterorum, quos Episcopi priùs in regimine velut suos Consiliarios magis familiariter adhibebant, sicut decebat modestiam christianam. Quod itaque ait: Idem est Presbyter, qui Episcopus; intellige, exceptà ordinatione, in qua Episcopum esse jure divino superiorem, clarè docet ipse Hieronymus Ep. ad Evagrium dicens: Quid facit Episcopus, exceptà Ordinatione, quod Presbyter non faciat? si id est, facere nequeat, si ei committatur. Immo & priorem eminentiam quodammodo fundari in jure divino, saltem mediatè (ut diximus) ibidem insinuat Hieronymus, dum ait, ita se nunc habere Episcopum, Presbyteros & Diaconos, sicut in Synagoga Pontifex, ejus filii Sacerdotes, & Levitæ; eminentia autem istius Pontificis etiam in jurisdictione fundabatur in jure divino.

Obijcitur II. Scriptura videtur confundere variis locis nomen Episcopi & Presbyteri, ad Philip. 1. 1. ad Timoth. 3. & alibi. Resp. apud Apostolum non distingui nomina, uti nunc, sed utraque passim tribui, tum simplicibus Sacerdotibus, tum Episcopis, cum utrisque conveniat nomen ethymologia. Semper tamen inter istos gradus fuit in re distinctio, ut ex perpetua traditione evidenter constat: ideoque etiam nomina statim fuere discreta, ut simplices Sacerdotes tantum Presbyteri, soli autem supremi vocarentur Episcopi, uti ex actis & ordinationibus antiquissimorum Pontificum à tempore Apostolorum constat. Putat verò Epiphanius Hæres. 75. quibusdam in locis tempore Apo-

13.

Explicantur quaedam loca Hieronymi

Qui alibi ad Evagrium dicens: Quid facit Episcopus, exceptà Ordinatione, quod Presbyter non faciat? si id est, facere nequeat, si ei committatur. Immo & priorem eminentiam quodammodo fundari in jure divino, saltem mediatè (ut diximus) ibidem insinuat Hieronymus, dum ait, ita se nunc habere Episcopum, Presbyteros & Diaconos, sicut in Synagoga Pontifex, ejus filii Sacerdotes, & Levitæ; eminentia autem istius Pontificis etiam in jurisdictione fundabatur in jure divino.

14.

Qualiter scriptura interdum confundat nomina Episcopi & Presbyteri.



atorum nullos omnino simplices Presbyteros fuisse, sed in ea Sacerdotum raritate eos simul fuisse Episcopos; ideoque Apostolum 1. *Timoth.* 3. solum præscripsisse merè necessaria, ordinari scilicet Episcopum cum aliquot Diaconis, descriptaque qualitate Episcoporum mox ibi transiisse ad Diaconos, nil dicendo de officio Sacerdotum. Quod tamen *Chrysostomus* in *hunc locum*, factum putat ideo, quod Sacerdotibus eadem pænè competant, quæ Episcopis. Unde etiam Episcopos & simplices Presbyteros aliquando communicasse in eodem nomine testatur idem *Chrysostomus* in *1. ep. ad Philipp.* tractans illud, quod Apostolus scribat Episcopis Philippensibus: cum tamen in unica civitate unus tantum fuerit Episcopus, hoc nomine accepto in usitata postmodum significatione.

15. Dico III. Prima Tonsura non est verus Ordo. Ita communissimè Theologi. Probatur: quia etsi fuerit ab initio Ecclesiæ, tamen non recensetur inter Ordines ab antiquis Patribus, nec à *Tridentino sess. 23. c. 2.* ubi tamen ex instituto omnes Ordines enumerat: quinimmo illam tamquam quid prævium ad omnes Ordines distinctè recenset, ibidem dicens: *Cum autem divina res sit, tam sancti Sacerdotis ministerium; consentaneum fuit, quò dignius, & majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diversi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui jam clericali Tonsurâ insigniti essent, per minores ad majores ascenderent.* Et *c. 6. de Reform.* inquit: *Nullus primâ Tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus &c. & c. 10.* prohibet Abbatibus exemptis cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, Tonsuram vel minores Ordines conferre. Similiter in *Pontificali Romano* non vocatur Ordinatio ad primam Tonsuram, uti ad alios Ordines. Est igitur solum dispositio quædam Ecclesiastica ad Ordines, per quâ non confertur specialis potestas ad aliquod peculiare circa altare aut Sacerdotum ministerium (ut sit in aliis Ordinibus) sed tonsuratus solum fit capax beneficii & immunitatis Ecclesiasticæ, & ut in obsequium seu ministerium aliquod consecrari possit. Subinde tamen in jure Canonico (ut *c. Cum contingat de Etat. & Qual. & Ord. presb. c. 1.*) vocatur Ordo clericalis, latè sumendo Ordinem, ut sit idem quod status clericalis.

16. Dico IV. Psalmodia seu officium Cantoris non est Ordo, saltem distinctus à Lectoratu; adeoque præter Ordines supra assignatos non dantur alii. Ita communiter Theologi. Probatur: quia non recensetur à *Tridentino* inter Ordines. Et in *Pontificali Romano* collatio officii Cantoris non vocatur ordinatio; prout appellatur collatio aliorum officiorum ab Episcopatu us-

que ad officium Ostiarii inclusive. Quæ etiam non confertur, speciali aliqua ordinatione, ut patet ex *Carthaginensi IV.* ubi dicitur de Psalmista: *Potest absque scientia Episcopi, sola jussione Presbyteri, officium suscipere cantandi.* Cum tamen veri Ordines solum Episcopi auctoritate solerent conferri. Neque etiam est permanens officium, sed ad tempus secundum Episcopi aut etiam Presbyteri arbitrium. Deinde nullâ est ratio Psalmodiam superaddendi tamquam Ordinem distinctum Lectoratu.

De reliquis non est aliqua dubitatio, an sint Ordines Ecclesiastici. Nam isti primus summus Pontificatus sive Papatus, etsi à Christo institutus, indubiè non est, neque ab ullo dicitur Ordo, sed dignitas cum summa potestate jurisdictionis, quæ præviâ electione confertur personæ electæ sine aliquo sensibili ritu, aut materiæ & formæ applicatione. Unde Episcopatus est Ordo supremus. Ipseque Romanus Episcopus reliquos Episcopos appellat venerabiles Fratres. Et *S. Cyprianus* Romanum Episcopum vocat charissimum Fratrem, *Epist. 52.* aliâ *lib. 4. Epist. 2.* & *Epist. 72.* aliâ *lib. 2. Epist. 1.*

Quod autem spectat gradum Cardinalatus, certum quoque est, cum non esse Ordinem, nec per modum Ordinis conferri, neque aliquod Ordinum exercitium ei respondere. Quamvis Nonnulli existimarint esse saltem dignitatem institutam à Christo. Quod quidem sive intellectum quoad modernam sublimitatem (quæ in Cardinalibus non Episcopis olim erat minor dignitate Episcopali, & ad hanc ipsam gradus) sive quoad jus eligendi Papam (quod olim non fuit penes Cardinales) pænè falsum est. Imitatione tamen quædam antiquæ Legis (quæ nunc exolevit) *Numer. 11.* de septuaginta senioribus, qui assisterent Moysi, *Xistus IV.* septuagenarium Cardinalium numerum (qui non semper idem fuit) constituit: ad similitudinem etiam quamdam Christi, qui designavit discipulos septuaginta duos, non quidem ut sibi assisterent, sed ut tamquam præcones præirent in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Nec aliud voluit *Eugenius IV. Epist. ad Archiepiscopum Cantuariensem* (quam recitat *Brevius ad annum 1439. num. 143.*) & *Innocentius III.* cujus verba *Eugenius* allegat, dum dicunt hæc dignitatem ex veteri testamento (scilicet *Deut. 17.*) jussu Dei traxisse originem. Immediatè quippe præmiserat: *Etsi hujus dignitatis nomen, quod modo in usu est, ab initio primitivæ Ecclesiæ non ita expressum fuit; officium tamen ipsum à B. Petro ejusque successoribus institutum evidenter invenies.* Beatus autem *Silvester* hos coadjutores suos nuncupavit Cardinales, ut idem *Eugenius* subjungit, addens cæterum Cardinalium coram Papa assistentium representare cæterum Apostolorum Christo

Sed dispositio quædam Ecclesiastica ad Ordines.

Etsi interdum in jure largè appellatur Ordo.

16. Psalmodia non est Ordo, saltem distinctus à Lectoratu.

Christo in tetrâ conversanti assistentium, reliquos verò Episcopos ubique diffusos representare Apostolos ad prædicandum per orbem missos.

Itaque ab exordio Ecclesiæ Romani Pontifices aliquos primarios viros de cle- ro sibi in adjutores & assistentes delegerunt, quorum operâ & consilio in regimine Ecclesiæ uterentur. Quod ipsum est officium eorum, qui postea nuncupati sunt Cardinales: quique hæc ratione censerî possunt tempore B. Petri extitisse, ut asserit Eugenius Papa suprà. Immo hoc provenire instructione à Christo data B. Petro, & inde communicata ejus successoribus, putat Aversa q. 1. sect. 8. Quod quidem indubie fieri potuit; non constat tamen à Christo factum esse. Aliunde autem satis dictabat ratio naturalis, præsertim illuminata per fidem, Pontificem debere pro exigentia rerum tractandarum, quæ plurimæ eæque gravissimæ jugiter occurrunt, adhibere debitum consilium. Quàmvis non foret omnino necessarium, assumere stabiliter eodem, aut certum genus personarum in hac vel illa dignitate constitutarum vel constituendarum. Quare recepta Theologorum doctrina gradus Cardinalitii institutionem simpliciter refert in ipsos summos Pontifices: à quibus proinde absolute loquendo extingui posset, ut Varii notant, etsi non sit credibile id unquam futurum. Nec aliquid momenti in oppositum habent verba Xisti V. Bullâ, Postquam vetus ille, 50. in Bullarum Cherubinarum, quæ visa sunt Bosco d. 10. de Sacram. Ord. Sect. 2. concl. 9. in fine, plus aliquid significare: Præcipua illius (Ecclesiæ) membra à Spiritu sancto constituta, qui in hac ipsa Ecclesiastica Hierarchia, divina dispositione insar illius celestis... Ordinata ad altissimum gradum etc. Ubi Pontifex de Cardinalibus loquitur consimili modo, quo Tridientinum sess. 23. can. 6. dicit Ecclesiasticam Hierarchiam divina ordinatione institutam constare ex Episcopis, Presbyteris & Ministris; unde tamen Theologi communiter colligunt Episcopatum esse institutum à Deo seu Christo. Ita serè Bos. Verum hæc collectio quàm valida sit, colligi potest ex dictis supra n. 11. Deinde ex subjecta materia satis liquebat verba Sixti. nil determinare de re, sed saltem incerta; itaque optime verificari in sensu generali, quo etiam jejunium quadragesimale ac similia ab Apostolis aut Ecclesiâ Instituta solent dici divina dispositione, ac à Spiritu sancto sive ejus instinctu ac directione instituta. Ideoq; Eugenius IV. supra rectè dixerat: Officium istud ipsam à B. Petro ejusque Successoribus institutum evidenter invenies.

Quod denique ad Archiepiscopos seu Metropolitanos, Primates vel Patriarchas attinet, constat, quod eorum superioritas, sive eminentia præ aliis Episcopis, sit juris

humani: cum ex nullo jure divino possit ostendi; sed potius Episcopi omnes sint æqualiter sub jurisdictione pontifici de- censi. Solum igitur ad ordinatus Ecclesiæ regimen præfata distinctio cum quadam subordinatione per ipsam Ecclesiæ auctoritatem est introducta.

Dico V. Officium Ostiarii est templum aperire & claudere, ac custodire, ad fideles admittendos, repellendos verò infideles & excommunicatos. In Pontificali Romano additur: Percutere cymbalum & campanam, librum aperire ei qui prædicat. Officium Lectoris est legere in Ecclesia in nocturnis officiis, quæ ex utroque Testamento sunt legenda, etiam Evangelium, quod Episcopus est expositurus. Addit Pontificale: Benedicere panem & omnes fructus novos. Quo modo autem hoc olim fiebat, minus constat. Officium Exorcistæ est abigere dæmones, & dicere populo, ut qui non communicat, det locum (scilicet communicanti, ut possit ad altare accedere) & aquam in ministerio (scilicet Baptismi) fundere. Officium Acolythi est ceroferrarium ferre, luminaria Ecclesiæ accendere, vinum & aquam ad Eucharistiam ministrare. Ex quibus patet officia inferiorum Ordinum subservire remotè Sacrificio. Ostiarius enim repellit indignos, & admittit dignos: Lector præparat animum legendo: Exorcista tollit impedimenta, quibus ex parte dæmonis posset quis arceri à tanto Sacrificio, & monet, ut communicaturis alii dent locum.

Officium Subdiaconi est vinum & aquam ad altaris ministerium præparare, ministrare Diacono, ei que porrigere calicem & patenam, in quibus ille præparat materiam offerendam: item in missa solemnî Epistolam canere, Populi oblationes suscipere & super altare ponere, pallas & corporalia abluere. Colligitur ex Pontificali Romano. Officium Diaconi paucis complectitur idem Pontificale dicens: Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare & prædicare. Quare ipsius est Episcopo & Sacerdoti in missæ sacrificio assistere, Evangelium in Missa solemnî canere; item absente vel committente Sacerdote, prædicare, baptizare & Eucharistiam ministrare. Officium Sacerdotis est Eucharistiam conficere & administrare, conferre Baptismum, Pœnitentiam & extemam Unctionem, prædicare, benedicere aquam, fructus, cereos &c. Pontificale habet: Oportet Sacerdotem offerre, benedicere, præesse, prædicare & baptizare. Officium Episcopi est conficere & conferre omnia Sacramenta, prædicare, benedicere chrisma, oleum infirmorum & catechumenorum, consecrare templa, altaria & calices. Pontificale habet: Episcopum oportet iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, baptizare & confirmare. De his omnibus vide Vasquez disp. 236. c. 2. & seqq.

Quatuor priores Ordines dicuntur minores

21. Officia minorum Ordinum recensentur.

22. Officium Subdiaconi.

Officium Diaconi.

Officium Presbyteri.

Officium Episcopi.

Cur in m. 60

maiores & sa-
cri appellan-
tur, alii qua-
tuor mino-
res & non
sacri.

nones & non sacri: alii verò dicuntur
maiores & sacri; maiores quidem, quia
eorum ministeria proximè ad Eucharis-
tiam pertinent, suntque ceteris dignio-
res: sacri verò, quia hominem Deo con-
secrant, & obligationem continentiae an-
nexam habent.

QUÆSTIO XXI.

Quinam Ordines sint verum Sacra- mentum?

23.
Sacerdotiū
est verum
Sacramen-
tum.

DICO I. Sacerdotium est verum Sacra-
mentum. Conclusio apud Catholicos
semper fuit indubitata: nam fide constat
Ordinem esse Sacramentum; si autem de
ullo Ordine id asseri debeat; omnino de
Sacerdotali est asserendum. Unde dum
Concilia indefinitè id definiunt, de hoc po-
tissimum Ordine loqui censenda sunt; de
quo nec est, nec umquam fuit inter Ca-
tholicos controversia, est autem potissi-
mum contra Hæreticos. Idem satis clarè
exprimit *Tridentinum supra can. 4.*

24.
Similiter
Ordo Epis-
copalis.

DICO II. Episcopatus est verum Sacra-
mentum. Ita communiter Doctores hoc
tempore. Probat I. ex Apostolo 2. ad Ti-
moth. 1. *Admoneo te, ut resuscites gratiam &c.*
ubi juxta communem interpretationem ag-
gitur de ordinatione Timothei in Episco-
pum: illum autem locum adducit *Tridentin.*
supra c. 3. dum probat Ordinem esse Sa-
cramentum. De eadem Timothei in Episco-
pum Ordinatione agitur juxta commu-
nem expositionem in altero loco *quest. 1.*
adducto ex 1. ad Timoth. 4.

Probat II. quia ordinatio Episcopalis
imprimit characterem (quod est proprium
Sacramento) non enim potest iterari, nec
ullo casu potestas amitti vel impediri, ne
validè exeat in actus sibi proprios.

Probat III. quia æquè requiritur gra-
tia, uti & sanctitas, ad actus Episcopatus
propriis dignè exercendos, scilicet ad or-
dinandum & confirmandum, quàm ut alii
exerceant suos actus Ordini proprios; er-
go credendum est, Christum sic instituisse,
ut etiam Episcopus gratiam recipiat in sua
Ordinatione: & consequenter ipsa est Sa-
cramentum. Confirmatur ex eo, quòd in
Ordinatione Episcopali consecrans dicit:
*Accipe Spiritum sanctum, id est, gratiam Spi-
ritus sancti.*

25.
Qui cur
potius essen-
tialiter pra-
supponat
Sacerdotiū,
quàm ceteros
Ordines
supponans
inferiores.

Nec obstat, quòd nullus possit consecra-
ri validè in Episcopum, nisi sit Sacerdos,
possit autem in ceteris Ordines superior vali-
dè conferri non habenti inferiorem: id
enim oritur ex eo, quòd Episcopus essen-
tialiter sit Sacerdos; sicut potestati mini-
strandi Sacramentum Pœnitentiæ, neces-
sariò supponitur, aut connectitur potestas

sacerdotalis conficiendi seu consecrandi co-
pus Christi verum. Erhinc Episcopi me-
ritò vocantur summi Sacerdotes. Congruè
autem Christus hoc ordinavit, ne in hier-
archia Ecclesiastica Sacerdotibus ob eorum
dignitatem superemineret aliquis, nisi etiam
esset Sacerdos. Itaque simplex Sacerdos
habet potestatem in corpus Christi verum
& consequenter in mysticum quoad ali-
qua Sacramenta ministranda: cui Episco-
palis Ordo solum superaddit potestatem
completam quoad reliqua, scilicet Ordine-
m & Confirmationem, quorum est mini-
ster ordinarius. Quare non minùs Episco-
patus essentialiter supponit Sacerdotium,
quàm potestas absolvendi & inungendi. Ita
Doctores communiter.

DICO III. Diaconus est verum Sacra-
mentum. Ita communissimè Theologi, &
hoc tempore omnes, contra *Durandum*, &
paucos alios, quorum sententiam Varii
graviter censurant. Probat: quia *Act. 6.*
leguntur septem Diaconi ab Apostolis ore-
dinati per manus impositionem per quam
juxta Scripturam & Patres confertur gra-
tia. Deinde in ordinatione Diaconi dicitur:
*Accipe Spiritum sanctum, id est, gratiam Spi-
ritus sancti.* Unde *Trident. sess. 23. can. 4.* di-
cit anathema asserenti, *per sacram Ordinati-
nem non dari Spiritum sanctum, ac proinde su-
stra Episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctum.*
Accedit, quòd actus ad quos Diaconus
ordinatur, etiam requirant gratiam, ut dig-
nè peragantur. Ideoque ea quæ maximè in
illorum ordinatione attendenda sunt, gravissi-
mis verbis docent Sacrae literæ ut ait *Thid.*
sess. 23. cap. 2. Quòd patet 1. ad Timoth. 3.
ubi inter ceteras conditiones præscribitur,
ut sint *habentes mysterium fidei in con-
scientia pura. & præbentur primum, & sic
ministrent, nullum crimen habentes &c.* Simi-
liter ex indelebilitate ac initerabilitate il-
lius colligitur, quòd imprimat caracte-
rem, qui est effectus Sacramento prop-
rius. Denique confertur apud Græcos,
ut Sacerdotium, per verba: *Divina gratia
&c. Quæ Sacramento virtutem conferunt;* ut
loquitur Catechismus Græcus infra n. 51.
allegandus.

Dices: Antiquitè Diaconi tantum mi-
nistrabant mensis & in temporalibus im-
mo ad hoc præcisè septem primi Diaconi
Act. 6. videntur constituti, occasione mur-
muris Græcorum adversus Hebræos, eò
quòd despicerentur in ministerio quodiam
no viduæ eorum: atqui ad hoc non erat o-
pus Sacramento, ergo &c. Resp. Neg ma-
jorem: nam etiam antiquitè distribuabant
Eucharistiam, ut testatur *Justinus Martyr* in
Apologia 2. in fine. Et S. Laurentius unus
è successoribus istorum septem Diacono-
rum in altari S. Xisto Pontifici ministrabat,
Sanguinem Dominicum dispensabat &c.

& oblationes, quae fiebant ad altare, & communia pauperum bona simul administrabat; ut in vita eius scribit S. Ambrosius & alii. Insuper legebat Evangelium, ut de S. Stephano statuit Augustinus dicens: *Diaconus erat, Evangelia legebat, quae legis vel audis* & c. Immo vacabant praedicationi, ut de S. Stephano & S. Philippo testantur Acta Apostolorum. Unde quamvis occasione istius murmuris essent deputati simul ad ministerium mensarum, sicut magistri mensae sancti Spiritus, non tamen ad illud solum nec principaliter; cum ad hoc nequidem indignissent ordinatione. Sed Apostoli opportunum iudicarent septem illos viros insignire & consecrare Ordine Diaconatus per manus impositionem, qui exinde majori cum auctoritate, & decore praesentis isti operi.

Dico IV. Subdiaconatus similiter est Sacramentum, iuxta communem sententiam, contra Nonnullos. Idem est de quatuor Ordinibus minoribus, ut docet D. Thomas, D. Bonaventura, Scotus & plurimi antiqui, ac plerique Recentiores. Colligitur in primis ex eorum antiquitate; cum fuerint ab initio Ecclesiae & temporibus Apostolorum; iuxta Tridentinum supra c. 2. & de Reform. c. 17. adeoque valde verosimile est a Christo fuisse institutos tamquam veros Ordines & Sacramenta; accedente praesertim communi doctrina (quae in materia Sacramentorum non leve momentum habet) aliisque indiciis subjungendis. Colligitur etiam ex eo, quod conferantur per traditionem materiae, & prolationem formae, & alia Sacramenta: quod adhibeatur magna cautela, & aliquid eorum, quae censentur de substantia, omittatur: quod videatur existimatio Ecclesiae, se non posse illos delere nec iterare, etiamsi quis fuerit degradatus; nec feminis posse illos conferre: quae denotant hanc rem esse ex institutione Christi, qui proinde eos instituerit tamquam Sacramenta conferentia gratiam, uti imprimencia characterem.

Colligitur etiam ex Florentino in Decreto Eugenii, ubi dicitur: *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo: sicut Presbyteratus traditur per eum, atque illa generalis doctrina sic exemplificata in materia Presbyteratus, Diaconatus atque etiam Subdiaconatus additur: Et similiter de aliis per verum ad sua ministeria pertinentium assignationem.* Ubi etiam quae de Ordinis Sacramento erant dicta, eodem verborum tenore ad omnes Ordines aperte videntur extendi. Alioquin sane distinctius oportuisset Concilium loqui de Ordinibus non Sacramentis, si quae talia dari existimasset; ne Theologia verba passim sic intelligentibus, nedum Armenis (quos instruere volebat) daret errandi ansam. Similiter Tridentinum supra, postquam can. 2. de-

finisset, praeferat *Sacerdotium esse in Ecclesia alios Ordines & majores & minores, statim can. seq. illimitate & absolute subiungit, Ordinem sive sacram. Ordinationem esse vere & proprie Sacramentum.* Ubi sacra Ordinatio distinguitur contra laicam sive politicam, non autem restringitur ad eam, qua quis initiatur ad Ordines sacros sive majores. Praeterea cum Tridentinum 2. tradidisset & specificasset *diversos ministrorum Ordines, can. 6. definit Hierarchiam divinam ordinatione institutam constare ex Episcopis, Presbyteris & Ministris; utique specificatis c. 2. ubi recensentur non solum Diaconi (quibus alioquin iuxta Etymologiam nomen ministri convenit) sed & diversi alii inferiores ministrorum Ordines.* Denique post absolutam de Ordinibus Ecclesiasticis doctrinam, & specialiter c. 4. praemissa mentione Ordinationis Episcoporum, Sacerdotum & ceterorum Ordinum, concludit: *Hac sunt, quae generaliter sacra Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere.* Quae adferuntur, ut pateat quantum faveat communiori doctrinae modus loquendi Conciliorum. Quamvis non existimem etiam in Tridentino fuisse reprobata opinionem contrariam gravium Theologorum, cum scopus Concilii fuerit damnare Haereticos, non dirimere controversias scolasticas, absque singulari praesertim seu plurima indagine atque urgentissima causa.

Nec sequitur ex praemissis, numerum septenarium Sacramentorum esse augendum: nam in ordinaria & generali Sacramentorum divisione & numero censetur Ordo unicum membrum, etsi varias complectens species; praesertim accedente eo, quod ceteri Ordines referantur ad Sacerdotium velut suum complementum, & hoc illos eminenter contineat. Alioquin haec obiectio non militat specialiter contra praesentem Conclusionem: nam pariter militaret contra Diaconatum; uti etiam contra Episcopatum: cum tamen hi Ordines sint Sacramentum.

QUESTIO IV.

Qua sit Materia & Forma singularum Ordinum?

Dico I. Juxta communioem Doctrinam Sententiam materia Ordinationis Episcopalis est impositio manuum super caput ordinandi; forma vero, *Accipe Spiritum sanctum.* Probari potest: quia per impositionem manuum videtur Timotheus ordinatus in Episcopum, ut colligitur ex 1. ad Timoth. 4. Similiter Patres consecrationem Episcopalem nominant per manus impositionem. In eadem quoque etiam Graeci quam Latini conveniunt. Insuper

30. Neque inde sequitur augendum esse numerum septenarium Sacramentorum.

31. Iuxta communioem Sententiam Materia Episcopatus est impositio manuum: Forma, Accipe Spiritum Sanctum.

super cum ea simul proferuntur absolute hæc verba: *Accipe Spiritum sanctum*, quasi tunc conferatur specialis quædam abundantia gratiæ & potestatis in Episcopo plenitudo. Non posse etiam simul constitui in aliqua actione, suaderi solet ex eo quod sola impositio manuum sit satis proportionata & sufficiens. Et specialiter, impositioni libri Evangeliorum inter scapulas consecrandi (qui applicatur à Consecrante adjuvantibus Episcopis, dein sustentatur ab aliquo Sacellano) nulla verba respondeant instar formæ. Similiter unctio chrismatice in capite ordinandi, cum verbis proportionatis, *Vngatur & consecretur &c.* vel unctio chrismatica manuum cum verbis, *Vngantur manus istæ &c.* (prout habetur in Pontificali) tantum est ceremonia Ecclesiastica, cujus non fit mentio apud Dionysium Areopagitam, vel in Carthaginensi IV. ubi ritus ordinandi describitur. Deinde totum hoc fit ab unico Episcopo: cum tamen ad essentialem Ordinationem Episcopi necessario saltem ex præcepto concurrant duo vel tres alii Episcopi, qui simul manus imponunt, & proferunt formam, *Accipe Spiritum sanctum*. His accedit, quod huic formulæ verborum quadret id quod Tridentinum sess. 23. can. 5. dicit anathema asserenti *per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctum*. Unde colligi videtur verba hæc esse operatoria gratiæ in Ordinationibus iis, in quibus adhibentur.

32.
Non constat
tamen suffi-
cienter illam esse
materiam
& formam
saltem totalem.

Ratio dubitandi sumitur ex Pontificali.

Unctio capitis & præ-

Nihilominus præmissa non satis efficaciter ostendunt istam esse materiam & formam saltem totalem consecrationis Episcopalis; præsertim si penes Ecclesiam sit specifica determinatio signorum, quæ (quod olim aut alibi fuerit practicum) potuisset nunc alia signa determinasse sive postulasse: cujus quidem menti Consecrans se accommodare censetur. Et specialiter notari meretur, quod post præfatam materiam & formam subsequatur imploratio gratiæ S. Spiritus per hymnum usitatum, qui in ceterorum Ordinum majorum collatione præmittitur ipsi essentiæ Ordinationis. Insuper, quod adhuc postmodum consecrandus in Pontificali vocetur Electus. Id quod similiter observavit Arriaga d. 56. sect. 7. existimans proinde præallegatam materiam & formam esse solum partialem, tamen impositionem libri esse partialem materiam, demum unctionem capitis & manuum esse ultimam partialem materiam cum sua partiali forma quæ tunc ab Episcopo proferitur. Sed contra facit, quod mox prolata formâ respondente unctio manuum, adhuc nominetur Electus; sed dictâ subsequenti ibidem oratione, in qua dicitur: *Quidquid benedixeris benedicatur &c.* deinceps semper appelletur Consecratus. Hæc tamen verba videntur adhuc posse satis affi-

cerere Unctionem manuum. Ut proinde sententia ista sic intellecta non parum videatur fundata: nisi quod minus solidum sit fundamentum pro impositione libri, quod etiam non à Sacellano applicetur (à quo solum post applicationem continuo sustinetur) sed à consecrante, adjuvantibus duobus assistentibus, tamen sine ulla verborum forma; sed in fine solum Consecrator adjuvantibus assistentibus Episcopo accipiens Librum Evangeliorum de Scapulis tam consecrati, ipsumque ei tradens, ait *Accipe Evangelium & prædica &c.* Quare cum non satis constet, quâ in actione præcise consistat essentia consecrationis Episcopalis, studiosè curandum est, ut qualibet earum, de quibus posset esse dubitatio quoad hoc, exactissime adhibeatur. Ad quod alioquin sufficere quoque deberet Ecclesiæ ritus.

Quod verò Arriaga supra ad probandum suum intentum adducit factum Innocentii III. qui (ut habetur c. *Cum venisset*, de sacra unctio) iussit Episcopum Bracarensem, in consecratione non unctum, per Episcopum Albanensem duobus aliis assistentibus in capite & manibus sacro chrismate delinere. Hoc (inquam) parum probat, nam adhuc erat ratio illam supplendi, etsi foret ceremonia tantum Ecclesiastica, præsertim tam gravis momenti; prout suppleri solent ceremoniæ Baptismi. Immo hinc videtur potius potius argui, quod Unctio sit mera ejusmodi ceremonia: nam certe non apparet, qualiter ipsa, post tantum temporis intervallum à diverso Episcopo ungente Romæ adhibita, potuisset cum actionibus Bracariæ in Lusitania peractis uniri ad complementum unicum Sacramentum sive consecrationem Episcopalem: quæ proinde supponitur sine Unctione fuisse valida; aliâ enim tota Episcopalis consecratio fuisse supplenda sive iteranda. Quo tamen non obstante cogitari posset, eam requiri quidem tamquam partem ab Ecclesia Româ, etsi in Provincia Bracarensi, non foret tunc usitata aut omnino necessaria, Episcopis eisdem intendentibus per alia signa conferre Episcopalem potestatem.

Qui nihilominus communio rem sententiam sequi mallet, ad Pontificali manuum reponderet posset, ipsum similiter in Ordinatione Subdiaconi uti voce *Ordinandus* usque ad traditionem libri Epistolarum; quæ tamen juxta Doctores plerisque ipsamque Arriaga sect. 4. non est partialis materia Pontificali autem utitur voce *Consecratus*, eod quod saltem post Unctionem (in qua more consecrationis Regum elucet species quædam consecrationis, immo quæ vocatur consecratio capitis & manuum) plenè & certo sit completa ipsa consecratio, etiam velut accidentaliter, sic ut subsequens traditio Baculi pastoralis, Anuli, Libri Evangeliorum

geliorum non tam pertineat ad consecrationem ipsam, quam stat in signum potestatis jam plenissime acceptæ. Aut certe voluit Pontificale præcindere à determinatione Opinionum Controversarum, vocans tunc demum Consecratum, quando omnium opinione certò consecratus est.

Dico II. Ordinatio sacerdotalis constat duplici materiâ & formâ. Prima est potestatio calicis cum vino, & patenæ cum hostia, sub hæc vel simili forma: *Accipe potestatem offerre Sacrificium Deo & Missæque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis.* Secunda est impositio manuum super caput ordinandi cum hæc forma: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remisit peccata, remittuntur eis, & quorum remisit peccata, remittuntur eis.* Ita Scotus dist. 24. n. 9. Bellarminus, Vasquez & alii communius.

Prima pars clarè patet ex Florentino dicente: *Presbyteratus traditur per calicem cum vino & patenæ cum pane porrectionem.* Et infra: *Forma Sacerdotis est, Accipe potestatem offerendi &c.* Deinde per hæc signa sensibilia perfectissime significatur conferri ordinandò potestatem consecrandi & sacrificandi, ut clarè significari non posset: ergo in illis velut materiâ & formâ confertur Sacramentum Ordinis. Tertiò, hic modus est profusus similis illi, quo Christus Apostolos ordinavit Sacerdotes, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Confirmatur: quia mox post prædicta in Pontificali Romano appellantur sæpiùs Presbyteri, Sacerdotes, noviter ordinati, & præscribitur, ut cum Episcopo verbò consecrationis eodem momento dicenda proferant, nève Presbyteri tate communionem dicant confessionem, nec detur eis absolutio, eò quòd concelebrent Pontifici seu Episcopo: ego censet Ecclesia ipsos tunc habere potestatem consecrandi.

Secunda pars (quam negat Sorus, Valentia & quidam alii) probatur ex Tridentino, quòd non tantum sess. 23. can. 4. declarat Episcopos non frustra dicere in sacra Ordinatione, *Accipe spiritum sanctum*; sed etiam sess. 14. c. 1. docet expressè per eadem verba *Apostolis & eorum legitimis successoribus potestatem remittendi & retinendi peccata fuisse communicatam*: hæc autem potestas est una ex præcipuis Sacerdoti propriis: adeoque ad rationem Sacramenti spectat illud, per quòd potestas ista confertur. Et ibidem l. 3. de Extrema Unctione docet, *Proprios huius Sacramenti ministros esse Episcopos aut Sacerdotes ab ipsis rite ordinatos per impositionem manuum Presbyterii.* Ubi hæc dubio alludit ad modum loquendi Apostoli Pauli; & ad hanc partem Ordinis sacerdotalis. Confirmatur: quia illa verba propriè significant tunc conferri ordinando potestatem remittendi peccata: ergo hæc potestas præcisè tunc confertur, & consequenter ista verba spectant ad rationem Sacramenti.

Nec obstat I. quòd Florentinum assignans materias & formas Sacramentorum, non obstat quòd Florentinum non meminerit tantum prioris partis: quia nominando traditionem instrumentorum non exclusit impositionem manuum: sicut Tridentinum hanc nominando (quam etiam nominat Carthaginense IV.) non exclusit traditionem instrumentorum. Neque intendit Florentinum assignare adæquatam materiam Sacerdotii, sed tantum tradere exemplum doctrinæ generalis à se præmissæ, nempe materiam cujusque Ordinationis esse illud, cuius traditione confertur Ordo; supponens aliam materiam, quæ ex Tridentino & antiquitate est satis nota; & fortasse (inquit Bellarminus) in hoc ultimo non errabant Armeni, quos ibi Concilium instruit.

Non obstat II. quòd ante hanc manus impositionem Pontificale Romanum loquatur de Sacerdotibus tamquam jam ordinatis: nam intelligi potest hoc de Ordinatione Sacerdotis quæ talis, seu quoad partem principalem, scilicet in ordine ad sacrificandum; etsi adhuc complenda per potestatem absolendi: quæ etiam ipsis Apostolis fuit separatim post resurrectionem tradita Joann. 20. eadem planè verborum formâ; quos tamen Christus jam in ultima cœna juxta Trid. sess. 23. c. 1. ordinaverat Sacerdotes, datâ scilicet potestate super corpus Christi verum, postea complendâ per potestatem super corpus Christi mysticum. Cujus rei indicium apparet etiam in hoc, quòd Episcopus ordinans peracto hoc ritu statim explicet casulam, quam quilibet ordinandus priùs habebat in se ipsa completam super humeros, & eam unumquemque induat.

Non obstat III. quòd in Pontificalibus quibusdam non præscribatur ista manus impositio cum verbis prædictis, ut refert Angelus in Ordo l. n. 5. Quòd etiam non fit in antiquo Ordine Romano Tom. 8. Bibl. Patrum. Prout etiam verba ista (ut ipse vidi) non habentur in insigni & antiquo M. S. Pontificali seu Bibliothecæ Collegii Lovaniensis Societatis Jesu. Non obstat, inquam: nam standum potiùs est Pontificali Romano, quòd probavit Ecclesia Romana omnium aliarum magistra. Sanè in Sacramentario Gregorii edito per Hugonem Menardum, & quibusdam Manuscriptis ab eo relatis omittitur ipsa traditio calicis cum vino & patenæ cum hostia, & forma correspondens. Deinde in præfato Codice M. S. post unctiõnem manuum cum verbis correspondentibus dicuntur tertiò jam Ordinati, priusquam eis sit applicatus calix & patena cum forma, *Accipe potestatem offerendi &c.* & tamen constat ex Florentino hanc traditionem cum verbis esse materiam & formam. Facile autem potuit in similibus Scriptis esse per errorem aliquid omissum:

37. Non obstat quòd Florentinum non meminerit tantum prioris partis: quia nominando traditionem instrumentorum non exclusit impositionem manuum: sicut Tridentinum hanc nominando (quam etiam nominat Carthaginense IV.) non exclusit traditionem instrumentorum. Neque intendit Florentinum assignare adæquatam materiam Sacerdotii, sed tantum tradere exemplum doctrinæ generalis à se præmissæ, nempe materiam cujusque Ordinationis esse illud, cuius traditione confertur Ordo; supponens aliam materiam, quæ ex Tridentino & antiquitate est satis nota; & fortasse (inquit Bellarminus) in hoc ultimo non errabant Armeni, quos ibi Concilium instruit.

38. Non obstat etiam, quòd ante istam manus impositionem Pontificale Romanum loquatur de Sacerdotibus tamquam jam ordinatis: nam intelligi potest hoc de Ordinatione Sacerdotis quæ talis, seu quoad partem principalem, scilicet in ordine ad sacrificandum; etsi adhuc complenda per potestatem absolendi: quæ etiam ipsis Apostolis fuit separatim post resurrectionem tradita Joann. 20. eadem planè verborum formâ; quos tamen Christus jam in ultima cœna juxta Trid. sess. 23. c. 1. ordinaverat Sacerdotes, datâ scilicet potestate super corpus Christi verum, postea complendâ per potestatem super corpus Christi mysticum. Cujus rei indicium apparet etiam in hoc, quòd Episcopus ordinans peracto hoc ritu statim explicet casulam, quam quilibet ordinandus priùs habebat in se ipsa completam super humeros, & eam unumquemque induat.

39. Non obstat præterea, quòd hæc materia & forma in quibusdam Sacerdotalibus omissa sunt.

aut certè Ecclesia potuit olim determinasse
aliam materiam & formam, postea verò
determinasse eam quam assignavimus con-
formiter ad dicenda *no. 1. & 52.*

40.
Non obstat
denique,
quòd manus
impositio
dicatur ri-
tus ab Apo-
stolis in-
trodus, c. Presbyter
de Sacram.
non ite-
rand.

Non obstat IV. quòd c. Presbyter, de Sa-
cramentis non iterandis, impositio manus ad-
hiberi solita dicatur ritus ab Apostolis introdu-
ctus. Hoc enim dicitur, vel quia ab illis pri-
mò est surpatus & in Ecclesiam introdu-
ctus, estò non primò institutus: vel certe
quia ex commissione Christi facta Ecclesie
est ab illis determinatus. Nisi quis malit
Pontificem loqui de prima manus imposi-
tione, quæ fit sine verbis, primò ab Episco-
po, deinde consequenter à Sacerdotibus
adstantibus: videturque solum esse cere-
monia Ecclesiastica. Sed contrà facit, quòd
in fine capitis dicitur: *Supersio autem ma-
num debet fieri, cum Oratio super capus essimulur
ordinandi.* Oratio utique sensibilis, id est,
ipla forma. Deinde pariter ibi sermo est de
Ordinatione Diaconi, in qua manus imposi-
tione unica adhibetur, pertinetque ad sub-
stantiam Sacramenti, ut volunt plurimi, de
quo infra. Denique jubet Pontifex omis-
sam suppleri, idque statuto tempore ad hu-
jusmodi Ordines conferendos: quod suadet
illam non esse merè ceremonialem.

41.
Ordinatus
Sacerdos ad
consecran-
dum can-
sum, in va-
lidè absol-
veret & in-
uingeret.

Ex his sequitur I. completam Ordina-
tionem Sacerdotis constare duabus partia-
libus; quarum utraque confert distinctam
potestatem: & ordinatum priori tantum
ordinatione posse quidem validè conse-
crare, non tamen validè absolvere. I-
demque est, de collatione extremæ Un-
ctionis, quæ est consummativa & ceniten-
tiæ, adeoque ministrum habet Sacerdotem,
quâ parte præditus est potestate super cor-
pus Christi mysticum.

42.
An valida
foret ordi-
natio Sa-
cerdotis cù
patena &
calice va-
cua.

Sequitur II. non fore validam conse-
crationem, si porrigatur calix vacuus &
patena sine pane triticeo: deficeret enim
materia Sacramenti à Florentino requisita.
Et quidem calix & patena non adhibentur
quasi ipsa sint pars Sacramenti, sed quia
sunt continens, sine quo materia non solet,
nec potest commodè applicari. Unde si por-
rigeretur vinum sine calice, vel panis sine
patena, valeret Ordinatio. Similiter non va-
leret, si decisset, vel solum vinum, vel sola
hostia, juxta Doctores communis: nam
utrumque pro materia assignatur ab Ecclesia
Latina, in qua collatio potestatis ad sacrifi-
cium fit per illam materiam, adeoque ad
illam alligari videtur intentio conferentis.

Vel si desit
in alterutra
materia
Consecra-
tionis.

Quare si hoc ex errore contingeret,
deberet Ordinatio iterari sub conditio-
ne, ob dubium de valore. Quidquid noster
Marchant in Resol. de Sacram. Ordinis Casu 1.
oppositum adeò indubitatum putet, in con-
tingentia facti, quo defuerat vinum in ca-
lice, censuerit Ordinationem ne sub condi-
tione quidem repetendam esse. Sanè com-
munis quasi Doctorum opinio opposita

43.
An saltem
vati casu
debet iterari
sub
conditio-
ne
Ordinatio.

sanè præbet ansam dubitandi: quam non
plene excutunt fundamenta, quæ ipse ad-
fert. In præsentì porro negotio procuranda
est plena certitudo de valore, ob incommo-
da irreparabilia & maxima, quæ ex invali-
da Ordinatione sunt oriunda. Quamvis sal-
tear intendente Ministro, & simul saltem
volente Ecclesia, non appareret mihi efficax
fundamentum, cur hujusmodi Ordinatio
valere non posset, si decisset sive vinum, sive
hostia; immo quamvis & Calix & patena
pret vacua: ordinarante enim Ecclesia & vo-
lente ministro, posset per traditionem In-
jusmodi instrumentorum, quæ sunt ordi-
narium continens materiæ consecrandæ,
accedente formâ, satis tradi & denotari po-
testas consecrandæ.

DICO III. Materia Diaconatus partialis
est porrectio libri Evangeliorum, cum hac
vel simili forma: *Accipe potestatem legendi E-
vangelium &c.* altera autem materia partia-
lis est impositio manuum cum hac formâ:
*Accipe Spiritum sanctum ad robur ad resistendum
diabolo & tentationibus ejus.* Prima pars est
communis, & patet ex Florentino supra; ubi
est præse ista materia cum forma assignatur,
Secundâ pars est Bellarm. l. de Ord. c. 9. *Comit
& plurium aliorum contra multos. Probatur:
quia Diaconatus ab initio Ecclesie sic
fuit collatus, ut etiam alii fatentur; & sig-
nanter Act. 6. primi Diaconi sic leguntur
ordinati. Similiter Carthaginense IV. quod
pro aliis etiam minoribus Ordinibus affig-
nat propriam materiam, meminit, solum
manus impositionis. Idemque innuit Con-
cilium Ancyranum & Dionysius c. 5. *Ecclesie
hierarchia.* Huc etiam facit Tridentinum supra
can. 4. dicens anathema ei, qui dixerit, per
sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum,
& proinde frustra à Episcopis dicere, *Accipe Spiritum
sanctum;* hoc autem Episcopi etiam dicunt
in ordinatione Diaconi. Et quamvis Floren-
tinum solum porrectionis libri Evangelio-
rum meminerit, tamen impositionem ma-
num ex usu Ecclesie perspectam non ex-
clusit, prout dictum est Conclus. præc. agendo
de materia & forma Sacerdotii.*

Contra primam Conclusionis partem
objicitur, quòd tempore Apostolorum
Diaconi sint ordinati sine traditione Evan-
geliorum, utpote quæ tunc non habent
conscripta, cum Matthæus inter Evangelis-
tas primus illud scripserit anno octavo
post Christi ascensionem, teste Baronio ad
annum 41. Ergo traditio Evangeliorum non
est de essentia hujus Sacramenti. Resp. in
primis potuisse ab initio in chartis fuisse
descripta aliquæ fidei mysteria, quæ utique
habuissent eandem vim & nomen Evan-
gelii, & ad Ordinationem sufficiebant. De-
inde Apostoli potuerunt Diaconatum per
solum manus impositionem conferre, sal-
tem pro isto tempore: idque ex permissio-
ne Christi, ut Varii docent, vel potius quia
penes

penes illos Christus reliquerat specificam determinationem materiae: ut latius dicitur.

DICO IV. Materia Subdiaconatus est traditio calicis vacui cum patena vacua. Patet ex Florentino & Carthaginensi IV. Forma videtur esse verba, quae habentur in Pontificali: Videte, cuius ministerium vobis traditur, idque vos admonet, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placeatis. Nec obstat, quod aliqui putent Subdiaconos olim non licuisse tangere sacra vasa, ex Concilio Laodiceo can. 21. Hoc namque falsum est, ut ostendit Vasquez d. 38. n. 61. solum enim fuit illis prohibitum ea tangere, quando actu continebant corpus aut sanguinem, ut ex antiquitate satis constat.

Varii recentiores etiam addunt traditionem libri Epistolarum, saltem velut partem integram minus principaliter, cum hac forma: Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi &c. tum qui utrumque in Pontificali ex aequo ponitur, & ante traditionem libri Epistolarum necdum dicitur ordinari sed ordinandi: tum a simili dicitis de Diaconatu; cum & hic actus pertineat ad officium Subdiaconi, sicut legere Evangelium ad officium Diaconi. Et quamvis non semper haec materia fuisset adhibita, potuit tamen postmodum Ecclesia eam praescripsisse tamquam necessariam. Qui quidem modus dicendi difficulter improbat: quamvis neque efficaciter ejus probationes convincant, & sit contra communem sententiam.

DICO V. Materia Acolythi est traditio ceteroarii, & utroque vacui, vel saltem alterutrius: materia Exorcista est traditio libri exorcismorum: Sectionarii, traditio libri lectionum: Ostiarii, traditio clavium Ecclesiae. Forma Ordinationis praedictorum, sunt verba, quae profert Episcopus in applicatione praedictorum instrumentorum. Patet Conclusio ex Carthaginensi IV. & Pontificali Romano; & colligitur ex Florentino in Decretis, ubi expressa materia majorum Ordinum subdit: Et similiter de aliis per verum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Et assignata forma Sacerdotii subdit: Et sic de aliorum Ordinum formis.

Petes: An requiritur contactus physicus instrumentorum, quibus apud Latinos Ordines conferuntur? Resp. indubie requiri ex praeepto: tum ob ritum Ecclesiae, tum ne Sacramentum exponatur periculo invaliditatis. Ad valorem tamen probabilius sufficit contactus moralis, ut Plures docent, contra multos alios requirentes contactum physicum. Probat: quia contactus physicus nec requiritur ex speciali Christi institutione, quae nullibi habetur: nec ex ratione hujus Sacramenti; quod cum consistat in traditione cujusdam potestatis sive deputatione ad certa ministeria Ecclesiae

ffica, potius tantum exigit contactum morale, sicut hic sufficit in traditione aliam rerum, & institutione aliorum officiorum, tam civilium, quam Ecclesiasticorum. Verum quidem est in Nonnullis Sacramentis, v.g. Baptismo, Confirmatione &c. materiam debere subjecto physice applicari: hoc tamen oritur ex speciali significatione formae, quae hoc exigit: ad verificationem autem formae Ordinationis, Accipe potestatem &c. non requiritur, nisi moralis materiae applicatio. Esto denique, quod (ut quidam arbitrantur) potuisset ex mente Christi determinare contactum physicum, etiam tamquam omnino necessarium; non constat saltem sufficienter de facto.

Quod si ordinandus in Sacerdotem physice tangat calicem, multo certius est, ad valorem non requiri contactum physicum patenae superpositae: immo moraliter omnino certum videtur ad valorem non requiri, ut physice tangat hostiam patenae suppositam; quia etiam censetur haec tangi physice, etsi solum mediate, dum physice tangitur calix. Quemadmodum indubitatum est, non debere immediate tangi vinum in calice contentum. Quare etiam in Pontificali solum praescribitur, ut ordinandus tangat simul cuppam calicis & patenam, non facta hostiae mentione. Ut proinde ne sub conditione quidem repetitaj casu Ordinationem quisquam prudens suadere possit. Vide Praepositum dub. 10. n. 92. & seqq.

Sed circa haecenus a nobis dicta exurgit non levis difficultas desumpta ex ritu Graecorum: nam in tota Ecclesia Graeca conferuntur Ordines absque omni instrumento: traditione, solis verbis ab Episcopo prolatis, simul cum impositione manus dexterae: verba quoque a nostris differunt, nec expresse significant ministerium & opus cujusque Ordinis: nam Diaconatus confertur per manus impositionem, dicente Episcopo: Divina gratia, qua semper infirma sanant, & quae desunt adimplet, promoveat, piissimum N. Subdiaconum in Diaconum; oremus pro eo, ut veniat super eum gratia SS. Spiritus. Simili ritu & forma verborum confertur Presbyteratus. De valore autem istius ritus non videtur absque temeritate posse dubitari: quia non tantum viget apud Graecos Schismaticos (quos tamen reverentis ad Catholicam Ecclesiam, ipsa suscipit in suis Ordinibus) sed etiam apud Graecos Catholicos, & illos ipsos, qui Romae degunt, ibique more suo ordinantur, consentiente Pontifice: qui etiam mandavit quaeri Episcopum graecum, qui Romae ritu Graeco ordinet Graecos, alioquin Latinis Episcopis subditos: ut patet ex Institutione Clementis VIII. edita anno 1593. die 31. Augusti. Idem confirmatur ex vetustissimis Graecorum Ritualibus, quorum praescriptio

50. Nota pro praxi.

51. Contra haecenus dicta movetur difficultas ex diverso ritu Graecorum, quem tamen legitimum esse, declaratur.



tio nequidem in Concilio Florentino est in dubium vocata: in quo tamen de unione Græcorum cum Latinis tractatum fuit. Quinimmo Cardinalis Bessarion Græcus ritu Græco ordinatus eidem interfuit, alique similiter ordinati Cardinalitiam & Patriarchali dignitate floruerunt, hodieque ipse Pontifex Græcos, Græco ritu ordinatos, instituit Episcopos & Archiepiscopos, ac ad Græcos Catholicos mittit, ut ibi Pontificalia munia obeant. Denique in Catechismo vulgari Græco S. Congregationis de propaganda fide jussu & expensis Rôma excusis de Sacramento Ordinis dicitur (ut refert Jacobus Goar in Notis ad Ordinationem Presbyteri n. 11.) *Materia hujus Sacramenti est impositio manûs super caput eorum qui ordinantur: forma, id est, verba, quæ Sacramento virtutem conferunt, sunt hæc: Divina grætia &c.*

Propterea fatendum materiam & formam Ordinum reliquam esse quodammodo determinatiōni Ecclesiæ.

Propter hæc omnino fatendum est, Ordines non esse à Christo quoad materiam & formam in specie infima determinatos, sed potius Christum solum determinasse, ut conferrentur per aliqua signa sensibilia, & verba, quæ sufficienter significarent collationem potestatis, relinquendo Ecclesiæ magis specificam, ac velut materialem signorum & verborum determinationem. Ita sentiunt Bellarminus & reliqui Recentiores, qui hanc difficultatem moverunt. Et planè convincitur ex differentia ritûs Latini & Græci, supposito utriusque valore, qui utique necessariò supponi debet, juxta præmissa.

§2. Morinus arguit verba Divina gratia &c. non esse formam,

Verum opponet quispiam cum Morino Exercitat. 2. c. 3. verbo *Divina gratia &c.* non esse etiam apud Græcos formam ordinationis; quippe quæ præviè ad illam proferuntur, quasi publicando Electum ad ordinationem. Ideoque etiam proferuntur, dum promovetur Diaconissa, Oeconômus, Abbas, vel dum Episcopus transfertur ad alium Episcopatum. Immo manûs impositio tum demum adhibetur, cum paucis interpositis Ordinans certam orationem subsequentem super Electum effundit; prout etiam videre est in Euchologio Tit. Ritus in Ordinatione Episcopi servandus apud Jacobum Goar. Unde potius in aliis verbis sive precationibus censendum est apud Græcos consistere formam Ordinationis.

Responsio.

Respondeo, vetera Græcorum Ritua videri quidem discrepantia, & conspici fortè esse mutila, aut ex parte vitata: fortè etiam in diversis Græcorum provinciis diversos, eosque validos, fuisse Ordinationum ritus: unde potius firmantur mox præmissa à nobis de relicta Ecclesiæ potestate determinandi signa seu symbola magis individualiter aut specificè. Negari tamen non potest, quin legitima & securissima sit forma in Catechismo præallegato expressa. Quam pariter comprobat Simeon Thesaloni-

ensis Græcus, asserens, quòd tunc Subdiaconus fiat Diaconus, dum proferuntur verba *Divina gratia &c.* & Episcopus habet manum supra caput Ordinandi. Quemadmodum in Euchologio Græcorum (quod Jacobus Goar latinè donavit) Episcopus dextram manum capiti ordinandi in Diaconum aut Presbyterum impositam habens exclamatur: *Divina gratia &c.* Prout etiam in Codice Barberino S. Marci apud Eundem Goar præsertim plura præambula, jamque traditum sub certa verborum forma baculum pastoralem Episcopus Ordinandus ad altare adducitur, & unus Pontificum, nimirum primus S. Evangelium accipit, & confestim inversum in faciem ponit super caput ejus, illudque inde Pontifices tenent; deinde omnibus audientibus dicit Pontifex: *Suffragis & approbatione &c.* *Divina gratia qua infirma semper curat &c.* Pontifices autem Evangelium tenent & Pontifex, qui consecrat, super caput Ordinandi tres cruces facit, & ei benedicit in nomine Patris &c. Consonatque M. S. Euchologium Allatianum. Nec mirum, quòd eadem verba Sacramentalia in promotione Diaconissæ, Abbatis &c. proferantur velut merè cærimonialia, juxta subjectam materiam: prout idem cernitur in impositione manûs. Et sicut apud Græcos olim unctio S. Olei infirmorum cum suis formulis sive orationibus adhibita quoque legitur peccatoribus gravibus alioquin corpore sanis, tamquam ceremonia simplex.

QUESTIO V.

Quis sit Minister Ordinis.

DICO I. Ordinarius Minister Ordinis est Episcopus. Est de fide ex Florentino Concilio in Instruct. Armenorum, & Tridentino sess. 23. c. 4. & can. 7. & patet ex perpetua praxi Ecclesiæ. Quia autem Ordinatio non est actus jurisdictionis, sed Ordinis, fundatus in characterè Episcopali, valida est Ordinatio, quantumvis Episcopus foret hæreticus, excommunicatus, degradatus &c. Ita Scotus dist. 35. n. 14. & alii unanimiter. Tameq. supposito quòd minores Ordines non essent Sacramenta, sed tantum quædam sacramentalia ab Ecclesia constituta, dicendum esset collationem eorum posse ab Ecclesia irritari.

DICO II. Ex Papæ commissione potest simplex Sacerdos conferre minores Ordines. Ita Scotus dist. 24. n. 8. & alii unanimiter. Patet ex privilegiis, quibus id conceditur Abbatibus: quæ privilegia sunt in usu, & admittuntur ab ipso Tridentino sess. 23. c. 10. de Reform. & ob hoc signanter Florentinum & Tridentinum, dum exprimunt ministrum hujus Sacramenti esse Episcopum, addere videntur ly *Ordinarium*. Patet etiam ex c. 1. de Ordinatis ab Episcopo qui renuntiat Episcopati, ubi expressè habetur, minores Ordines à non Episcopis quandoque conferri. Patet denique

deniq; ex privilegijs concessis Minoritis Missionarijs in partibus remotissimis infidelium, signanter apud Indos. Vide Bullam Leonis X. *Alia Felicitas* 3. in Bullar. Rodri-

Dico III. Similiter ex commissione Papae potest simplex Sacerdos conferre Subdiaconatum, immo & Diaconatum. Ita Vasquez & plures alii contra multos antiquos & recentiores. De Subdiaconatu probatur ex varijs Pontificum concessionibus, quas adfert Vasquez d. 243. c. 4. Idem concessisse Pontificem Abbati cujusdam monasterii Germaniae Ordinis Cisterciensis, attestatur Navarrus l. 5. *Consilior. tit. de privilegijs* *Consil. 14.* & *Victoria in Summa de Sacram. Ord. n. 235.* dicit se vidisse Bullam Papae quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciensium concedentis, quod possent conferre Subdiaconatum.

De Diaconatu probatur ex Bulla Innocentii VIII. quae est in Bullario Rodriguez, & habetur in nova Compilatione privilegiorum Ordinis Cisterciensis. Eandem se vidisse in quodam vetusto Codice Collegii Complutensis, qui inscribitur, *Collector Villarum Ordinis Cisterciensis*, testatur Vasquez supra n. 39. In hac Bulla Pontifex Abbati Cisterciensi & quatuor alijs praecipuis Abbatibus ejusdem Ordinis concedit facultatem conferendi Ordinem Diaconatus sui Religiosis. Eandem potestatem re ipsa concessisse Pontificem Praelatis Franciscanis in India, testantur viri fide digni, ut ait Vasquez & Tannerus d. 7. q. 3. dub. 2. n. 30. Cum itaque factum constet (et si de eo dubitet *Cominch d. 10. n. 91.*) de jure non videtur dubitandum: adeoque sicut ex factis Pontificum Theologi communiter docent, hunc Sacramentum esse a Christo institutum ministrum Confirmationis extraordinarium ex commissione Pontificis; sic etiam de praefatis Ordinibus est sentiendum. Idemque sensissent D. Thomas, Scotus & veteres Scholastici, si simile exemplum habuissent, ut circa Scotum recte advertitur in *Commentario dist. 24. n. 94.* Accedit specialis congruentia, quod Diaconatus & ceteri Ordines inferiores sint infra Sacerdotium, & in eo eminenter continentur.

Indubium tamen est, Episcopatum non posse conferri a simplici Sacerdote, ut Omnes docent: Gradus enim Episcopalis neque formaliter, neque eminenter in simplici Sacerdotio continetur.

Idem juxta Doctores communiter sentiendum est, & juxta *Aversa q. 3. sect. 3.* & *Utro Palao Tr. 27. d. un. pu. 24. num. 9.* extra dubitationem esse debet, de Sacerdotio (et si de eo dubitent Nonnulli etiam recentiores) ex nullo enim solido antiquitatis vestigio constat, Ordinationem Sacerdotis unquam fuisse commissam simplici Sacerdoti, quantumvis in terris sepe remotissimis esset penuria Episcoporum. Quare pro

Herinz Sum. Theol. Pars IV.

hujus rei persuasione sufficiet, quod nullum tale fundamentum reperiatur.

Nullum posset ex antiquitate moveri intricata & curiosa difficultas de Chorepiscopis, qui videntur fuisse ordinatione simplices Sacerdotes, ut colligitur ex *Damaso Epistol. 5. alias 4.* sic dicti quasi villarum seu rurales Episcopi conformiter ad Graecam vocem *Xoyn*, quae significat villam, ut habet *Damasus supra*, quia nimirum in villis vel modicis oppidis praesidebant cum speciali aliqua potestate seu jurisdictione, sub Episcopo principali civitatis, sicut Vicarii seu Decani rurales. De quibus *Concilium Hispanense II. c. 7.* ait: *Relatum est nobis, Agapium Cordubensem Episcopum frequenter Chorepiscopos vel Presbyteros destinasse (qui tamen juxta Canones unum sunt) qui absente Pontifice altaria erigerent &c.* Quare instar presbyterorum ordinabantur veluti de lege ab unico Episcopo; & quidem pro villis seu pagis. His vero etiam illicitum foret Presbyteros, immo & Diaconos ordinare sua auctoritate, videntur tamen utrumque potuisse ex commissione Episcopi, ut colligitur ex *Concilio Anirano celebrato tempore Silvestri Papae can. 13.* ubi decernitur, *Chorepiscopos non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare, sed neque urbis Presbyteros, nisi cum litteris ab Episcopo permissum fuerit in aliena parochia.* Et ex *Concilio Antiocheno sub Julio I. can. 10.* ubi de iisdem dicitur: *Nec Presbyterum vero nec Diaconum audeant ordinare, praeter civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est.*

Verum ad hos Canones facile respondetur. Nam in primis Canon iste *Concilio Anirani* supplendus est ex duplici versione paralela apud *Binius*, & praesertim primam (quae est *Dionysii Exigui*, quamque ut fideiorem & antiquiorem sequitur *Baronius ad annum 314. n. 51.*) hoc modo: *Sed nec Presbyteris civitatis sine praecepto Episcopi vel litteris, in unaquaque parochia aliquid imperare &c.* Canon *Concilio Antiocheni* (quod fuit illegitimum *Arianorum Concilium*) explicari potest hoc sensu, quod caveant Chorepiscopi, ne Presbyterum audeant ordinare praeter civitatis Episcopum, seu sine ejus interventu, vel (ut habet alia versio) *absque Episcopo*, adeoque id non audeant per se ipsos. Nec sane ulli haec tenus in mentem venit, licuisse Episcopo committere simplicibus sacerdotibus facultatem ordinandi alios Presbyteros: ut proinde hinc nemo possit solidum desumere fundamentum dubitandi, an id Presbyteris competere possit etiam ex commissione Papae.

Adde fortasse nonnullos Chorepiscopos fuisse aliunde Ordinatione veros Episcopos (ut pluribus viris doctis verosimile apparet) prout hodie sunt nonnulli titulares seu suffraganei, quibus proinde ex commissione Episcopi, & non aliter, competere poterat Ordinatio Presbyterorum. De qua

V. 2 libus

58. Movetur difficultas de Chorepiscopis qui erant simplices Sacerdotes;

Et tamen juxta Canones ex commissione Episcopi videntur potuisse Ordinare presbyteros.

59. Verum hi canones facilius explicantur.

Adde alios quos Chorepiscopos solum habuisse Characterem Episcopalem.

Abdia-
r ver-
et ma-
admo-
od fa-
s dex-
onum
excla-
Capi-
er post
b cer-
alem
icitur,
s S. E-
erium
q hinc
us au-
appri-
per ca-
tm te-
caput
icit ip-
S. En-
ed ea-
dione
velut
mate-
dione
incho-
s five
r peo-
fanis,
retinis
enino
23. On-
i Ec-
actus
cha-
gatio,
s, ex-
Scopus
sup-
st Sa-
enta-
e col-
ari.
ostest
Ordi-
natio
nec
ulu,
e. 10.
nec
runt
dere
e. 1.
oga-
res
atet
leni-

libus loqui Conciliabulum Antiochenum supra videtur colligi ex his verbis: *Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quorum manus impositionem Episcoporum* (intellige plurium simul, ut etiam advertit Damafus Papa supra) *perceperint, & ut Episcopi consecrati sint &c.* Vide etiam dicenda n. 6.

61. Sed difficultas non modica est de Ordinatione Episcopali, an ad illam debeant necessariò concernere tres Episcopi tanquam ministri. Et quidem certum est, quòd sic, loquendo de necessitate præcepti, saltem Ecclesiastici. Plures præterea putant existare de hoc jus divinum five institutionem Christi. Hinc in super Nonnulli putant, illud ipsum requiri de necessitate Sacramenti, & ad valorem ipsius Ordinationis. Qui rursus sunt inter se divisi. Nam Vasquez & alii censent saltem ex commissione Papæ posse Episcopum ordinari ab uno Episcopo: alii etiam hoc fieri posse negant, existimantes tam necessariò tres Episcopos esse ministros ordinationis Episcopalis, quam Sacerdos est minister consecrationis Eucharistiæ; ut docet Castro Palao Tr. 27. d. un. pu. 14. n. 13. referens Henriquez, Comitolum, Barbosa videri idem docere, ita scilicet necessariò requiri tres Episcopos, ut nequeat Pontifex in hac parte dispensare, & uni tantum consecrationem committere.

Referuntur
varia sen-
tentia.

62. Indubitati
est sufficere
unum Episcopum
ex commissione
Papæ frequen-
tior facta.

In hac quæstione existimo in primis citra dubium valere Ordinationem Episcopalem factam ab uno Episcopo ex commissione Papæ, si debite constaret (prout constat) huiusmodi concessiones à Sede Apostolica emanasse; quæ utique non foret credenda velle uti in re tanti momenti, tantarumque consequentiarum, ob ordinationem præsertim ab eis dandas, potestate infundatâ aut dubiâ. Et quidem Morinus Parte 3. Exercitat. 4. c. 2. n. 14. allegans Anastasium in Pontificali, Baronium, Ciacconum, refert Pelagium I. Pontificem à duobus Episcopis & uno Presbytero ex Archidiacono in Episcopum esse ordinatum, nulli aliis Episcopis tunc Romæ existentibus. Deinde ordinariè refertur concessio à S. Gregorio facta S. Augustino Angliæ Apostolo ex lib. 12. Epist. 31. ad interrogat. 8. Sed Mercerus, Coninck & alii contendunt textum esse mendosum: ut proinde hoc solo allegato insufficienter firmet Arriaga, d. 57. n. m. 31. omnimodam certitudinem suam, quam habet de huiusmodi pontificia potestate. Nihilominus probabile inde saltem fit argumentum, cum textus correctiores (quibus videtur favere contextus, etsi non convincere) sic habeant: *Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus inveniris, ordinare Episcopum non aliter, nisi sine Episcopis* (alii textus habent, nisi cum Episcopis) *potes.* Refert in super Præpositus de Sacram. Ordinis dub. 10. Gregorium XIII. concessisse Patriarchæ Æ-

Discutitur
rescriptum
S. Gregorii
ad S. Augu-
stinum Ang-
liæ Apo-
stolum.

thiopiæ, ut per unum Episcopum consecraretur. Immo passim concedit S. Sedes huiusmodi facultates. Vidi ipse Transumptum indubitatum Litterarum Apostolicarum datarum Anno 1647. die 8. Februarii, quibus Innocentius X. tribuit facultatem Jacobo de la Torre Archiepiscopo Ephesino, ut consecraretur à Fabio Chisio Episcopo Neritensi & Nuntio Apostolico, dum Pontifice Romano dicto Alexandro VII. assistentibus, loco duorum Episcoporum, duabus personis in dignitate Ecclesiastica constitutis. Item habeo aliud Transumptum authenticum, quo ob difficultatem obtinendi tres Episcopos idem Innocentius XI Anno 1654. die 20. Junii Episcopo Dionysio, moderno Suffraganeo Leodiensi, concedit facultatem suscipiendi munus consecrationis à quovis Catholico Antistite, assistentibus duobus Abbatibus mitratibus. Idem confirmatur à fortiori ex mox dicendis.

Itaque existimo præterea ne idem satis constare, quòd tres Episcopi recipiatur lege ordinari de necessitate Sacramenti, aut ex institutione Christi, ut proinde hoc ad solam legem Ecclesiasticam antiquissimam referatur ab Antonino, Turrecremata, Silvestro, Sanchez, Petro Arundeliano & pluribus aliis, etiam recentioribus, ut legi referet & sequitur Aversa quæst. 3. sect. 2. Nam in primis factum Gregorii non satis apparet esse instar commissionis extraordinariæ; qualis competit potestas confirmandi simplici Sacerdoti, sed potius per modum declarationis & doctrinæ pro casu necessitatis. Idem confirmatur ex Decreto Simonis Apostoli apud Clem. lib. 8. vult. Constit. Apostolic. cap. 27. constituentis, quòd debeat ordinari Episcopus à duobus, aut tribus Episcopis: *sin verò aliquis ab uno Episcopo ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus est, tum is qui eum ordinavit, deponatur.* Quod si necessitas coegerit ab uno ordinari, quod propter persecutionem aut aliam causam plures adesse non possint, asseratur decretum commissionis plurium Episcoporum. Ad quod non aliud respondet Castro Palao sup. n. 14. quam plura in isto libro contineri infirmæ auctoritatis. Deinde quòd saltem duo sufficiant colligi solet ex can. 1. Apost. ibi: *Episcopus à duobus vel tribus Episcopis consecratur.* Quod tamen alii eludunt, dicendo subintelligi, Præter Metropolitanum, ut clarissè loquuntur Jura posteriora. Accedit, quòd ex modo loquenti Arausiaci l. can. 21. colligatur, valere factum, etsi desit aliquis numero ternario Episcoporum, dum statuit invitè ordinatum à duobus Episcopis substitui in locum Ordinantis, & in locum alterius ordinati alium: si autem voluntariè sic sit ordinatus, mandat eum deponi. Quæ differentes loquendi formulæ satis insinuant Ordinationem sic factam valere.

Confirmari posset I. ex eo quod Clerici Antiochiæ, durante schismate ordinati ab Evagrjo successore Paulini, fuerint recepti ab Alexandro Episcopo, sopitis diffidiis, cum suis honoribus & Ordinibus, ita jubente Innocentio I. prout allegatis ejus Epistolis refert Baronius ad annum 488. Cum tamen in Ordinatione Evagrj vitium intercesserit, ut colligitur ex Ambrosio Epist. 78. ad Theophilum Alexandrinum; & quidem tale, ut à Paulino adhuc vivente, eoque solo fuerit ordinatus Episcopus, teste Theodoro I. Hist. Eccles. c. 23. Igitur non est de substantia, quod concurrant tres Episcopi. Verum juxta Baronium ad annum 389. n. 64. refectione Theodori, veluti propensioris erga Flavianum partis, de re sæ eodem cum Evagrjo tempore Episcopum, minus hac in re fidendum: cui ex parte etiam Socrates & Sozomenus refragantur, affirmantes non nisi post obitum Paulini auditores ejus subrogasse Evagrjum. Alioquin firma foret probatio. Accedit, quod Concilium Rhegense c. 1. ordinationem Armentarii in Episcopum Ebredunensem à duobus duntaxat Episcopis factam decernat quidem irritam & vacuandam, ita tamen ut supponet validam quoad characterem Episcopalem, dum c. 3. permittit sic ordinato esse alicubi Chorepiscopum, cum facultate confirmandi baptizatos seu Neophytos; quam utique non dedisset Concilium Provinciale, nisi habenti Ordinationem Episcopalem. Deinde de Clericis ab eo ordinatis, quibus nulla conversionis macula præjudicaret, in Ecclesiæ ministerio adhibendis, relinquuntur libera facultas Episcopo substituendo.

Confirmatur II. tum à Pontificali Romano semper sit sermo de unico Consecratore, cui alii assistunt esse Assistentes: tum quod sit præter exemplum seu morem aliorum Sacramentorum, esse necessarios tres propriè dictos ministros: tum quod in Concilio Carthaginensi IV. can. 2. describatur ritus Ordinationis; & quidem juxta Vasquæ sententias, his verbis: Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum codicem super caput & cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manus suis caput ejus tangant. Ubi solum unus Episcopus pronuntiat formam seu benedictionem. Cur autem credatur essentialiter requiri ex parte materiæ concursum plurium ministrorum potius, quam ex parte formæ?

Nec obstat I. quod post Anacletum referens Anicetus Ep. ad Galli. Episcopos Jacobum Justum & fratrem Domini fuisse ordinatum à tribus, scilicet Petro, Jacobo & Joanne, subinferat: Patet perfectio, eos formam, insipienter domino, tradidisse, non minus quam à tribus Episcopis, Episcopum ordinari debere. Nam Anicetus, uti & Anacletus, non agit de ipsa

consecratione Episcopi (cum Jacobus Minor fuerit cum ceteris Apostolis ordinatus à Christo Episcopus Joan. 20. vel, ut Vasquæ d. 242. c. 7. n. 56. putat, Math. ult.) sed de institutione Episcopi, quæ præfati tres Apostoli Jacobo commiserunt dicecensim istam, in eaque ipsum intronizaverunt juxta institutionem sive instructionem Christi Domini; vel quia illum visibili & ceremoniali unctione consecrarunt. Sicque iormandi aliis ostenderunt, quod nempe unus Archiepiscopus sine consensu & assistentia plurium non debeat Episcopos instituere. Vide Glossam in c. Porro dist. 66.

Non obstat II. quod Damasus Papa Ep. 5. arguat contra Chorepiscopos: Quod enim Episcopi non sint, qui minus quam à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet. Nam id Damasus allegat tamquam signum; cum non sit præsumendum Episcopos contra tam solemnes Canones processisse in Ordinatione Episcopali; non quia id sit contra jus divinum: sed (ut ait Damasus) quoniam (uti bene nostis) prohibitum à sacris est Parribus, ut qui ab uno vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi. Quàmvis alioquin generatim agat ibi Damasus non tantum contra ordinatos ab uno Episcopo, sed etiam contra ordinatos à pluribus, sive titulo alicujus Ecclesiæ ruralis aut parvi oppidi, sive absolute absque certo titulo; ostendens ibidem hæc esse illegitima, & contra Canones. Similia, quæ habet Joannes Papa Ep. contra Chorepiscopos ad Episcopos Galliæ & Germaniæ, similiter explicanda sunt. Vel sanè vult sic ordinatum non habendum esse pro Episcopo, eò quod sit suspensus & deponendus. Quàmvis alioquin Epistola sit supposititia, ut ostendit Baronius, & post eum Binus in Notis ad eandem. Attamen Morinus Exercitat. 4. c. 2. n. 13. asserit Epistolis, quantumvis spuris Damasus & Leonis I. ac Joannis III. auctoritatem accessisse ex litteris Leonis I. ac Episcoporum Germaniæ & Galliæ, qui Epistolas illas, undecumque sint, probaverint ac similia statuerint. Denique dum quædam auctoritates ordinationem aliter factam vocant irritam, vacuandam &c. volunt, quod sit irrita quoad exercitium & functiones Episcopales, acceptionemque Ecclesiæ, quæ talem Episcopum deponit, & officio jurisdictioneque privat. Quo modo in Concilio Regiensi can. 1. apud Morinum c. 2. n. 2. de ordinatione facta à duobus Episcopis, nec expetitis Comprovincialium litteris, Metropolitanis quoque voluntate neglecta (quæ posteriora utique non erant essentialiter requisita) tamquam de irrita & vacuanda est sermo; ubi sic ordinato ex misericordia permittitur, ut sit alicubi Chorepiscopus.

Et hæc quidem speculative dicta sunt. Ad praxim enim quod attinet, omnino euerandum est, ut Ordinatio fiat à tribus

66. *Explicit Damasus Papa.*

Respondetur ad præsentem Epistolam Joannis Episcopi.

67. *Conclusio practica in hac quaestione.*

Episcopis juxta formam in Pontificali præscriptam: adeo ut si quis fuisset ab uno solo, vel etiam à duobus, sine speciali commiſſione Sedis Apostolicæ, consecratus, deberet iterum sub conditione à tribus simul consecrari pro majori securitate, ob aliquale dubium de valore prioris Ordinationis; ut notat *Aversa quæst. 3. sect. 2.* & alii. Idem quoque consequenter dicendum foret de Presbyteris ab hujusmodi Episcopo dubie consecrato ordinatis. Nullatenus tamen existimo scrupulum morendum in casu quo ordinatus quædam fuit in Episcopum ab uno solo ex commiſſione aut dispensatione Papæ: cum de hujus Ordinationis valore non sit dubitandum.

QUESTIO VI.

De Subjecto Ordinis.

68.
Subjectum
Ordinis est
pax, solus
baptizatus.

DICO I. Solus baptizatus & vir est casus Ordinis. Prima pars probatur. Tum quia est unanimes sensus Theologorum præquirentium characterem baptismalem; qui non habetur, nisi ex valido Baptismo fluminis. Tum quia Baptismus est janua omnium Sacramentorum, ut loquuntur omnes Doctores, Consonatque Florentinum, in Decreto de Armenis, dicens: *Primum omnium Sacramentorum locum tenet sanctum Baptisma; quod vite spiritualis janua est: per ipsum enim membra Christi ac de Corpore Ecclesie efficiuntur.* Unde c. si quis, de Presbytero non baptizato ex Concilio Compendiensi decernitur: *Si quis Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.* Quod allegato eodem Concilio decernit Innocentius III. c. Veniens, eodem tit. quamquam allegati rationibus dubitandi, immo proponendum actuali dubio, appellat casum dubitabilem. Quem si dubium ipse censuisset aut reliquisset, reordinationem utique sub conditione dumtaxat iterandam præscripsit. Et planè solida deest ratio dubitandi de eo, quod jam olim in Ecclesia erat indubitatum. Nam Concilium Nicanum can. 17. (aliàs 19) de Paulianistis seu Pauli Samosatani discipulis, irritam Baptismi formam adhibentibus decrevit, ut iterum Baptizentur, & si Clerici erant apud eos, ac alioquin irreprehensibiles, rursus ab Ecclesie Catholice Episcopo ordinentur. Aliter autem decernit de Novatianis non errantibus circa Baptismum, sed circa Confirmationem; ut videre est can. 18. aliàs 8.

isque vir.

Secunda pars est recepta apud Omnes, etiam Hæreticos, exceptis paucis de Hæresi Montani dictis *Pepuzianis*, qui habebant mulieres Sacerdotes seu Presbyteras ac Episcopas. Et patet ex perpetuo sensu & praxi Ecclesie, cui id semper firmiter fuit persuasum; ideoque ipsa numquam permisit aliquam feminam ordinari. Confirmatur ex eo, quòd

Christus nullam feminam, etiam propriam matrem, ordinaverit. Deinde Apostolus, 1. ad Cor. 14. & 1. ad Timoth. 2. nequidem permittit mulieribus loqui in Ecclesia ad interrogandum, volens, ut si quid dicere velint, domi interrogent viros suos: quantum minus igitur conveniunt eis Ordines Ecclesiastici, & munia eorum, præsertim Sacerdotum; quorum est in Ecclesia Missam dicere, prædicare &c.

Nec obstat, quòd apud veteres quædam mulieres dicebantur Diaconissæ &c. Nam nomen Diaconissarum erat officii, non Ordinis. Neque enim proprie ordinabantur, patet ex Concilio Nicano can. 19. Laodicensi can. 11. Epauensis can. 21. Aurelianensi II. can. 17. (quàmvis improprie veteres interdum sic loquantur) sed benedictione quâdam deputabantur ad certa munia. Erat namque Diaconissarum officium custodire januas, quibus in Ecclesiam intrabant mulieres, comitari mulieres ad Diaconum vel Episcopum euntes, subservire Episcopo vel Presbytero baptizaturis mulieres, sive in instructione, sive in iis quoad corpus deceteris operandis, ne à viris deberent denudari & attingi, item destinari ad Christianas mulieres causâ solatii vel subdii; ut ex veteribus, præsertim Clemente Romano Varii deducunt. Insinuant præterea quidam graves Theologi (quod tamen in antiquis Historiis aut Patribus non reperiri alii contendunt) dictas quoque fuisse Diaconissas, quibus competeat ex ordinatione Abbatissæ vel Collegii regere Hominem in matutino.

Aliâ adhuc ratione quædam dicebantur Diaconissæ, Presbyteræ & Episcopæ, quia earum viri, sed non separatione tori, susceptaque per mutuum consensum continentia, erant ordinati Diaconi, Presbyteri aut Episcopi, ut patet ex Concilio Turonensi II. can. 14. & 20. Aliphanensi can. 21. & Gregorio I. 4. Dial. can. 11. Ac proinde can. 48. inter Trullanos, significatè conceditur relicta Episcopi, ut si digna fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem promoveatur, sive Diaconissa fiat. Rursum mulieres grandævæ ætatis subinde dicebantur Presbyterissæ seu Presbyteræ, sicut Presbyter latinè idem sonat quod senex, ut colligitur ex Epiphanio hæres. 79. Athanasio I. de Virginitate. Vide fuse Vasquez disp. 245. c. 3.

DICO II. Etiam infantes possunt valide ordinari, sine consensu parentum vel tutorum. Ita contra Nonnullos docet Scotus disp. 25. q. 2. n. 3. & alii communiter. Et solet colligi ex c. Vnico de Clerico per saltum promotio, ubi de quodam, qui infra annos discretionis minores Ordines, & postea Sacerdotium absque Diaconatu prævio susceperat, statuitur, ut solus Diaconatus suppleatur. Ratio est, quòd infans etiam sine intentione propria aut parentum vel

vel ditorum sit capax Sacramentorum, quae non involvunt conditionem istius status repugnantem, ut patet in Baptismo, Confirmatione & Eucharistia: Ordo autem similem conditionem non involvit, & (ut ait Scotus supra) potest optimè potestas in aliquo consistere absque potentia proxima ad executionem illius potestatis, idque propter aliquod impedimentum. Varii excipiunt Episcopatum: sed sine fundamento: cum ratio praemissa locum habeat in Episcopatu, uti in ceteris Ordinibus.

Dices: In eo, qui ordinatur, requiritur acceptatio: cum Episcopus dicat, *Accipe potestatem*: sed infans non potest acceptare, ergo nec ordinari. Resp. Neg. Maj. nam per *ly Accipe* solum significatur, quod Ordinans conferat ordinem, non per modum donationis & pacti, sed per modum operationis & efficacis imperii, quasi diceret: *Confero tibi potestatem*. Quo modo etiam proli baptizandæ dicitur: *Accipe sal sapientiae*; & dici posset infanti, qui creatur Imperator, *Accipe potestatem regendi* &c. Simili modo intelligi potest forma Graeca Confirmationi (quæ etiam parvulis valide confertur) *Signaculum domini Spiritus sancti*; supple, donatur tibi. Atque etiam potuisset à Christo institui similis forma Baptismi, v.g. *Accipe characterem Christiani hominis*; qui tamen adhuc potuisset conferri infantibus.

QUESTIO VII.

De Aetate & Qualitate Ordinariorum?

UT aliquis licet ordinetur varia requiratur. Primò legitima aetas: quæ jure novo *Trid. sess. 23. c. 12. de Reform.* pro Subdiaconatu est annus vigesimus secundus, pro Diaconatu vigesimus tertius, pro Sacerdotio vigesimus quintus, saltem inchoatus, etiam tantum per median diem, aut horam. Ita communiter Doctores. Et patet ex praxi Ecclesiæ, quæ sic Decretum *Tridentini* semper intellexit. Immo *Diana* putat sufficere quod ordinandus compleverit aetatem requisitam sub vespere diei, ut manè ordinetur, eò quod quod vespere trahatur ad mane & faciat simul unum diem, quo ordinandus v.g. in Sacerdotem inchoat annum vigesimum quintum. Attento tamen rigore verborum Concilii non caret hoc difficultate: eò quod talis proprie loquendo, ordinetur ante annum vigesimum quintum: quod Concilium prohibet, exclusis quoad hoc penitus etiam Regularium privilegiis. Cui prohibitioni *Pius II.* addit suspensionem incurrendam ab iis, qui ante legitimam aetatem praesumpserint Ordinem sacrum suscipere, ut patet *Ex-*

trav. Cum ex sacrorum. in qua cum requiratur dolus seu praesumptio, consequens est suspensionem aliàs non incurri. Adeoque *Quid si ab-lic bona fide ordinatus per subsequens exercitium Ordinis non incurrit irregularitatem*; utpote nullo jure expressam: quàmvis juxta receptam sententiam graviter peccet: cum prohibitio Ecclesiæ, quæ impedit susceptionem Ordinis ante aetatem certam, extendatur etiam ad exercitium Ordinis sic suscepti. Aetate tamen accepta, absque alia absolutione ministrare is potest; cum non sit censurà aut irregularitate notatus.

Pro Episcopatu requiritur trigessimus aetatis annus completus. *Cum in cunctis de Electione.* Si tamen Episcopus ante aetatem legitimam praesumat ordinari, non foret suspensus: cum Extravagans *Pii II.* non loquatur de Episcopatu. Pro minoribus ordinibus per se non requiritur certa aetas, supposito usu rationis, & supposita aliunde scientiâ, quam in initiandis determinatè requirit *Tridentinum supra c. 11.* Unde conferri non debent ante annos discretionis. Denique ipsa prima Tonsura non debet citius conferri. De qua specialiter praescribitur in *Pontificali*, ne conferatur ante septennium; conformiter ad *c. nullus, de temp. Ord. in 6.* ubi *Bonifacius VIII.* sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ à collatione Tonsuræ per annum, prohibet, ne quis infanti, nisi forte Religionem intraret, sive Religioni offerretur (quod hodie non est in usu) seu illiterato, clericalem praesumat conferre Tonsuram.

Secundò requiritur, ut ordinandus sit confirmatus; nam *Trident. supra c. 4.* dicit: *Primâ Tonsurâ non initiatur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperim.* Quæ verba videntur de se præceptiva; ipsaque materia esse satis gravis. Modus tamen præcipiendi apparet Doctoribus communiùs non esse adeo gravis; quorum communis intellectus in sensu legis positivæ & obligationis ejusdem multum valet. Unde Doctores communiùs censent, non esse mortale, sive ex parte Episcopi (quem verba directè respiciunt) sive ex parte initiandi, (qui non aliter prohibetur suscipere, quàm quatenus Episcopus prohibetur dare) si fiat contrarium.

Tertiò requiritur certa scientia. Requirit autem *Tridentinum supra* ad primam Tonsuram, ut initiandus sit fidei rudimenta edoctus, & sciat legere & scribere, saltem (quod etiam sufficit juxta *Sanchez* & alios) linguâ vulgari seu vernaculâ. Ad minores Ordines requirit *c. 11.* ut ordinandi saltem linguam latinam intelligant. Ad Subdiaconatum & Diaconatum requirit *c. 13.* ut ordinandi sint instructi in litteris, & iis quæ ad Ordinem

Ad Episcopatum requiritur aetatis annus trigessimus completus.
Suspensio non afficit eos, si citius ordinentur.
Qua aetas requiritur pro minoribus Ordinibus & Tonsura.
Secundò requiritur, ut ordinandus sit confirmatus.
Tertiò requiritur, ut ordinandus sit fidei rudimenta edoctus, & sciat legere & scribere.
Quæ ad Tonsuram & singulos Ordines sit necessaria.

exercendum pertinent. Ad Sacerdotium requirit c. 14. ut ordinandi sciant docere populum necessaria ad salutem & ministrare Sacramenta. Ad Episcopatum requiritur ab Apostolo ad Titum 1. ut ordinandus sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Examen verò Ordinandum quoad scientiam, etiam respectu Regularium, pertinet ad Episcopos, juxta Tridentinum supra c. 12. Quamvis moneat Rodriguez & alii expedire, ut Episcopi sint contenti quoad Religiosos examine & approbatione suorum Prælatorum; quibus utique magis fidere possent & deberent, quam iudicio alicujus examinatoris secularis, qui ex successu fortuito unici examinis parum fundatum iudicium frequenter deducit. Censet etiam idem Rodriguez, Henriquez, Diana, Castro Palao & plurimi alii minorem eruditionem, aut linguæ latinæ scientiam, requiri in Regularibus ordinandis: eò quòd defectus iste in vita communi facile suppleatur, tum puritate, tum aliorum instructione, & Prælatorum diligentia, quæ in ministeriis Ordinum errores caventur aut emendantur.

75. Examen scientia ad quos spectet.

Notandum pro Regularibus.

76. Quartò requiritur probitas morum. Illius testimonium dare competit Superioribus Regularium quoad sibi subiectos.

Quintò carentia impedimenti Canonici & status gratie.

77. Sextò ordinandus ab alieno Episcopo, debet habere dimissoriales proprias.

Quis hic censetur proprius Episcopus.

Quartò requiritur vitæ & morum probitas, ut postulat ipsa ratio, & insinuat Apostolus 1. ad Timoth. 5. dicens: *Manus cito nemini imposueris.* Testimonium probitatis solet Regularibus dari à suis Superioribus; idque sufficere constat ex praxi Ecclesiæ, colligiturque ex Declaratione Cardinalium ad sess. 23. c. 5. de Reform. Quoad alios servandum est, quod eodem capite præscribitur.

Quintò requiritur, ut ordinandus non sit aliquà censurâ vel irregularitate impeditus, aut peccato mortali obstrictus, de quo saltem non sit contritus.

Sextò, si quis sit ordinandus ab alieno Episcopo, debet habere litteras dimissoriales proprias Episcopi, ut patet ex Tridentino supra c. 8. & aliis Canonibus, idque sub pena suspensionis. Proprius autem Episcopus est, sive Episcopus originis, sive domicilii, sive beneficii, ut habetur c. Cum nullus de Temp. Ordinat. in 6. Episcopus originis est in cujus diocesi quis est natus, cum parentes ibi haberent domicilium. Unde (ut notant Doctores) non intelligitur locus, in quo parentibus per transitum aut negotiationis gratiâ peregrinantibus quis nascitur, is namque fictione quâdam Juris reputatur natus in loco domicilii parentum. Episcopus domicilii est Episcopus loci, in quo quis habitat animo perpetuò manendi. Episcopus beneficii est, in cujus diocesi obtinet quis beneficium Ecclesiasticum: sufficitque quantumvis tenue ad hunc effectum, ut contra Nonnullos Plerique doctores, & significat simplex verborum textus, in quo non requiritur à Bonifacio VIII. certa beneficii quantitas. Perinde quoque

est, etsi sit simplex non exigens residentiam in tali diocesi. Unde habens domicilium in hac diocesi, natus autem in altera, & beneficium habens in aliqua tertia diocesi, potest à quolibet Episcopo alicujus eorum diocesum ordinari. Quod jus commune non excludit Regulares; qui proinde, nisi obstat usus aut recentior aliqua ordinatio Apostolica, possent non solum à Diocesano sui domicilii, sed etiam originis ordinari.

Quod ad Dimissoriales attinet, notandum in primis est, Sede vacante ea non posse dari à Capitulo aut ejusdem Vicario, nisi post annum à die vacationis, vel occasione beneficii accepti aut accipiendi, qui arctetur quis ad Primum citius suscipiendum; ut patet ex Tridentino sess. 7. c. 10. de Reform. Quamvis posset Capitulum dare alicui Episcopo licentiam etiam intra primum annum vacationis in Diocesi Episcopo proprio orbata ordinandi illos, qui dimissorialibus Capituli non indigent, sed eas habent à propriis Prælatibus.

Notandum II. Certum esse, quòd dimissoriales concedere Regularibus sit peccatum contra Prælatos, ut etiam praxis docet. Qui tamen juxta Declarationem Cardinalium debent eas dare, non ad Episcopum alienum, sed diocesana, nisi hic absit, vel si non sit ordinatus: tunc enim ad quemcumque communionem cum S. Sede habentem dimittere possunt, non agnito Capitulo seu Vicario Episcopi diocesani. In hac verò declaratione non fit derogatio privilegiorum.

Ad privilegia porò quod attinet, concessa est Mendicantibus facultas suscipiendi Ordines à quocumque Catholico Antiquitate, per Leonem X. & Paulum III. cui quidem privilegio cum Tridentinum in speciali clausulam non derogaverit, censent plures Doctores illud adhuc vigere. Et quidquid foret de hoc, saltem post Tridentinum eadem facultas concessa est Societati Jesu à Gregorio XIII. qui quidem prohibet communicationem fieri aliis Ordinibus mendicantibus; ea tamen concedi potuit per Successores, & de facto concessam esse colligitur ex Bulla Gregorii XIV. datâ Cisterciensibus, quæ incipit *Romani Pontificis* & est tertia in Bullario Rodriguez, ubi etiam similia privilegia Cisterciensibus communicantur; ceteri autem cum his communicant sine ulla exclusionem. Denique Clemens VIII. idem concessit Congregationi S. Joannis Evangelistæ in Portugallia, ut patet apud Portel V. Ordines sacri n. 4. qui testatur se hoc privilegium oculis suis vidisse.

Notandum denique, posse Prælatos regulares dare dimissorias Novitiis ad Ordines (non tamen ad sacros titulo paupertatis) ut rectè Suarez, Barbosa, Diana, Aversa & alii contra quosdam: cum facultates Regularium

larium Prælatorum se etiam ad Novitios extendant, nisi fiat exceptio.

QUESTIO VIII.

De Titulo congrua Sustainationis, & Temporibus Ordinationum.

IN Primis Ordinandus, debet pacifice obtinere beneficium Ecclesiasticum, quod ead victum honeste sufficiat, si non sit Regularis. Ita Tridentinum sess. 21. c. 2. de Reform. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes ordinari non possunt, nisi quos Episcopus judicaverit adsumendos pro necessitate vel commoditate suarum Ecclesiarum, etiamsi constet patrimonium & pensionem verè obtineri, & ad vitam sustentandam sufficere. Ita Tridentinum supra. Ubi etiam præcipitur, ne ordinatus resignet illud beneficium, nisi facta mentione, quòd titulo illius ut ordinatus; item ne admittatur resignatio, nisi constet, quòd aliunde possit commodè vivere, & aliter facta resignatio sit nulla. Ibidem quoque statuitur de resignatione patrimonii & pensionis, quòd fieri non possit sine licentia Episcopi, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint.

Excipiuntur à præfatis decretis Religiosi professi, quibus loco beneficii vel patrimonii succedit voluntaria paupertas, quæ Regum, pibus præstat, quique ex ipsa sua Regione habent, usque sustententur. Quare necdum professi non possunt absque titulo beneficii vel patrimonii promoveri ad Ordines sacros ex decreto ac declaratione P. V. Bullâ Românis Pontifex, apponens pœnam suspensionis ab executione Ordinum adversus taliter ordinatos, & à collatione talium Ordinum, ad annum adversus Ordinandus. Quæ Constitutio etiam habet locum in iis, qui scirent professionem suam esse irritam; utpote verè non professi. Possent nihilominus Novitius, qui haberet interim beneficium aut patrimonium, ordinari ad talem titulum, sicut aicus. Possunt insuper Clerici Societatis Jesu post emissâ vota simplicia, præviâ biennii pœbatione, quibus sunt veri Religiosi, liberè ordinari, et si necdum solemniter sint professi, ex Decreto & Declaratione Gregorii XIII. Bullâ Ascendente Domino, & Gregorii XIV. Bullâ Ecclesiæ Catholicæ.

Notandum porrò beneficium sufficiens ad honestam Clerici sustainationem se requiri, ut tamen insufficientiam supplere possit patrimonium: ex quo & beneficio seorsim insufficientibus coalescere potest titulus sufficiens, ut rectè Zerola, Quaranta, Barbosa, Bonacina & alii. Quantitas autem va-

loris seu fructuum taxatur iudicio Episcopi. Quare non in omni Diocesi est eadem taxa, ipsaque etiam juxta varietatem temporum & regionum variatur. Quòd si etiam modicum ex tali quantitate deficiat, non peccabit graviter Episcopus ordinans & Clericus ordinatus, ut post Sanchez notat Diana P. 4. Tr. 4. Resol. 25. ponens exemplum, si ex triginta deficiant duo.

Notandum II. beneficium debere esse perpetuum, nec sufficere Vicariam aut Callianiam temporalem vel ad nutum amovibilem; immo nec merum titulum coadjutoria cum spe certa succedendi alteri, utpote forsân supervicturo; nisi etiam in hujus vita detur coadjutori certa & sufficiens portio.

Notandum III. quod ad titulum patrimonii spectat, non sufficere filium esse patris divitis, qui tamen posset à filio constringi, ut portionem ad hunc finem designet, Arg. L. fin. C. de Dotis promissione; ubi de matrimonio carnali, à quo ad spirituale seu sacerdotium argumentari licet, c. Inter corporalia, de Transla. Episcopi. Ita Sanchez l. 4. de Matrim. d. 26. num. 7. Barbosa, Gutierrez, Castro Palao pu. 11. n. 7. Quod tamen filio sic pater concedit, computandum est in legitimam, juxta Covarruvias, Marchinum, Molina, Garcias & plures alios contra Barbosa & alios. Nam bona concessa filio, quæ sunt transmissibilia ad heredes, & alienabilia (prout sunt, de quibus agitur) in legitimam imputantur juxta L. Omni modo §. Imputari C. de inofficiosa Testamento. Vide Castro Palao pu. 11.

Notandum IV. Ordinatum titulo patrimonii posse illud alienare etiam sine licentia Episcopi juxta Garcias, Azorium, præpositum & alios communiter contra Barbosa & quosdam alios, si sufficiens beneficium obtineat, vel habeat aliunde, unde commodè vivat: nam ly Donec (quo utitur Tridentinum) limitat tempus, adeoque prohibitionem alienationis, ne ultra procedat. An verò alienatio citius facta contra prohibitionem Concilii, sine licentia Episcopi, sit solum illicita, an insuper invalida, non ita constat. Et quidem Garcias, Barbosa, Præpositus & alii passim censent per particulam, Nullatenus possint (quæ utitur Tridentinum) ademptam esse potestatem validè alienandi. Aliis nihilominus (ut Suarez To. 5. d. 31. sect. 1. 38.) apparet, hujusmodi clausulam non esse irritantem, sed posse intelligi de licito: præsertim cum Tridentinum diversimodè ibidem loquatur de resignatione beneficii, apponens illi clausulam expressè annullantem.

Petes: An promotus absque titulo sufficienti incurrat suspensionem c. Neminem & c. Sanctorum dist. 70. Resp. id non satis constare, eò quòd pœna hæc abrogetur c. Cum secundum Apostolum de Præbendis & c. si Episcopus, eod. tit. in 6. ubi injungitur

Quæ quæ sita fructuum sufficit.

83. Requiritur beneficium perpetuum.

Non sufficit filium esse patris divitis.

Qui possit constringi ad portionem de qua dicitur.

Quæ computanda venit in legitimam.

84. Titulus patrimonii potest alienari ad libitum, obstante aliunde sufficienti sustainatione.

Citius facta alienatio censetur irrita, invalida.

At Suarez & alii putant solum illicitam.

85. Promotus sine titulo sufficienti verosimiliter non incurrit suspensionem.

Episcopo ordinanti illos, de quorum sufficienti titulo non satis constat, obligatio providendi sic ordinatis de alimentis recessariis aut competenti Beneficio. Et quamvis *Tridentinum sess. 21. c. 2. de Reform. antiquorum Canonum* pœnas innovet, tamen non satis liquet innovare ipsam Canones antiquiores dudum abrogatos, qui proinde verè non erant Canones aut leges. Immo refertur *Declaratio Cardinalium ad locum cit. Tridentini* quòd Concilium in hoc capite renovaverit tantum pœnas c. *Cum secundum*. Ubi etiam unica pœna imponatur ipsi Episcopo ordinanti; *Tridentinum* tamen more satis consueto ponit numerum pluralem pro singulari. Quare ita censent *Henriquez, Toletus, Sayrus, Diana, Coninck* & plures alii. Quod idem Plures consequenter docent, quando quis ordinatur ficto titulo, qui illum sufficienter probavit ipsi Ordinanti, bonâ fide procedenti. Quamvis *Suarez, Bonacina* & plures alii putent ordinatum utroque casu incurrere suspensionem, eximentes tamen in casu posteriori Episcopum deceptum ab obligatione a lendi.

Vt nec Ordinatus ficto titulo sed satis probato ipse Ordinanti. Quamvis tamen asserit Suarez & plures alii.

86. Saltem videtur non incurrere esse patrimonium sit acceptum cum onere retrodonandi.

Aut si Subdiaconus v. g. vi cedens invalidè ad alios Ordines ascendat.

87. Servanda sunt certa anni tempora; & qua illa sint.

Illud saltem multò probabilius est, non contrahi suspensionem, si patrimonium sit acceptum sub onere retrodonandi: cum talis verè dominium patrimonii habeat, adeoque non sit promotus absque titulo; conditio autem hujusmodi appositâ, velut illicita & turpis, non obliget. Ita *Toletus, Garcias, Barbosa* & alii passim contra Nonnullos. Idem est, si jam ordinatus ad verum titulum Subdiaconus, cederet postea titulo suo non servatâ formâ Concilii, & tunc ulterius ordinaretur Diaconus aut Sacerdos; suppositâ videlicet invaliditatè hujusmodi cessionis, adeoque titulo in rei veritate permanente. Secus esset, si (quod Varii volunt) cessio patrimonii sit valida, & aliundè supponatur pœnam suspensionis esse in *Tridentino* innovatam.

Secundò debent servari certa anni tempora. Episcopus quidem est ordinandus die Dominicâ vel in Natalitio Apostolorum juxta *Pontificale Romanum*. Sacri five majores Ordines sunt conferendi sabbatis quatuor temporum, sabbato sancto, vel sabbato ante Dominicam Passionis. Ita de Diaconatu & Presbyteratu statuitur *cap. fin. dist. 75. De Subdiaconatu cap. De eo, de Temp. Ordinat.* Ordinati autem extra prædicta tempora sunt à susceptis Ordinibus suspendendi, *cap. Cum quidam, eod. tit.* Immo si præsumperint sic ordinari, sunt suspensi ipso facto *Extravag. Pii II. Cum ex sacrorum*. Minores verò Ordines possunt non solum conferri in sabbatis Ordinationum, sed etiam juxta *Pontificale Romanum* singulis dominicis & festivis diebus duplicibus; idque ubicum-

que, sed (quod esse de convenientia notat *Aversa quest. 3. sect. 9.*) in mane tantum, ut ait idem *Pontificale*. Ubi etiam consuetudo id permittit, possunt conferri in alio die; prout in Belgio conferuntur feriâ sextâ ante sabbatum sacre Ordinationis. Denique *Clericatus seu primâ Tonsura quocumque die, hora, & loco conferri potest*, inquit *Pontificale Tit. de Ordinibus conferendis*.

Notandum tamen, Regulares posse ordinari extra statuta tempora ex privilegio *Eugenii IV. & Alexandri VI.* quæ five per *Tridentinum*, five per alios Pontifices non esse revocata, docet *Rodriguez Tom. 3. quest. 23. artic. 5. Marchinus, Pæpositus, Diana*. Estque juxta *Aversa quest. 3. sect. 9.* tutum in praxi, addens illud pro sua Religione sæpius in pluribus Dicecesibus, & in Romana ipsa Urbe servatum. Referturque ad *sess. 23. cap. 8. de Reformat.* expressa *Declaratio Cardinalium*, quòd privilegium suscipiendi Ordines extra tempora per Decretum *Tridentini* non sit sublatum; utpote in quo non fit derogatio privilegiorum; sicut, etiam quoad Regulares, fit circa ætatem à *Tridentino* requisitam. Prædictis accedunt concessiones *Tridentino* posteriores; scilicet *Gregorii XIII. & Clementis VIII.* quarum mentio facta est *num. 79.*

Tertiò, observanda sunt certa temporum interstitia, sic ut nullus eodem die possit suscipere duos Ordines factos, & etiam si Regularis sit; ut expressit *Trid. sess. 23. c. 13. de Reformat.* ubi quoad hoc servatur privilegium *Eugenii IV.* quo id concessum debatur sancti Benedicti Monachis, & consequenter aliis per Communicationem.

Quòd autem *Tridentinum* ibidem statuat, ut Subdiaconus non promoveatur ad Diaconatum, nisi post annum, relinquatur iudicio Episcopi, cum dicat: *Nisi aliud Episcopo videatur*. Similiter de interstitio unius anni inter Diaconatum & Sacerdotium ait *cap. 14. Nisi ob Ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videatur*. Immo simile interstitium requirit inter Ordines minores & Subdiaconatum *cap. 11.* addens sicilem clausulam: *Nisi necessitas aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat*. Postremum tamen his in locis non est receptum, ubi minores Ordines conferri ordinandis solent prius die quam eisdem conferatur Subdiaconatus: in pluribus aliis locis dantur etiam eodem die. Modò tamen, dum denuò opus hoc edo, Nonnulli Episcopi hic ceperunt interstitium interdum saltem exigere.

Quòd attinet ad Regulares mendicantes, concessum est iis privilegium ab *Alexandro VI.* (ut videre est in *Compendio privileg. V. Ordines sacri numer. 11.* & apud

& apud Rodriguez Tom. 3. quaest. 23. art. 5.) ut possint ordinari tribus diebus Dominicis sive festivis duplicibus successivè. Cui non esse derogatum per Tridentinum supra defectu clausulae revocatoriae, asserit Rodriguez & plurimi alii, conformiter ad praemissa de privilegio suscipiendi Ordines extra tempora, & ad vulgatum Doctorum in materia privilegiorum sententiam, fundatam in regula communi, quae habetur cap. 1. de Constitut. in 6. Genexi per speciem derogatur.

Nec refert quod Trident. sess. 25. c. fin. de Regularibus dicat: Hec omnia et singula in superioribus Decretis contenta observari. Synodus praecipit, in omnibus Conciliis &c. non obstantibus eorum privilegiis sub quibuscumque verborum formulis conceptis &c. Ibi enim solum loquitur Concilium de superioribus Decretis istius Sessionis de Regularibus, non autem de decretis contentis in aliis Sessionibus. Immo Praepositus quaest. quic. dub. 15. num. 156. existimat Tridentinum ibi loqui de iis solum decretis istius Sessionis, quibus particulariter est apposita clausula derogatoria. Repetere autem generaliter in fine derogationem pro majori efficacia cum accommoda proportione.

Et quamvis Tridentinum derogasset praesenti privilegio, non derogavit saltem privilegio Gregorii XIII. concessio Societati Jesu Bulla 25. in Bullario Rodriguez. In qua est clausula inhibitiva communicationis; huic tamen clausulae derogavit Gregorius XIV. Bulla Romanus Pontifex 3. in Bullario Rodriguez. faciens communicationem Congregationi reformatae S. Bernardi; nec in ea excludens communicationem, quam Mendicantes habent amplissimam cum ista Congregatione. Accedit tandem privilegium Clementis VIII. (de quo sup. 79.) quo id ipsum conceditur.

Non obstat etiam Declaratio Cardinalium (quae refertur ad sess. 23. cap. 11. de Reform.) consentium remissionem interstitiorum, etiam quoad Regulares, ex causis tantum Concilio expressis faciendam pertinere ad Episcopum ordinantem; cum tamen hac in re debere quoad causas deferre iudicio & attestationsi Superioris Regularis ordinandi. Nam (quidquid sit de veritate vel auctoritate istius Declarationis) constat per hanc declarationem non enervari in primis privilegia Tridentino posteriora, neque insuper se extendere ultra limites Tridentini, quod ipsa declarat; in quo non est clausula derogatoria privilegiorum. Non facit etiam declaratio mentionem de privilegiis, seu de eo quid possint Praelati vi privilegiorum. Unde juxta Aversa quaest. sect. 9. potest haec res ita conciliari, ut de jure quidem id pertineat ad Episcopos, ex privilegio autem ad Praelatos Regulares: & ita pro Regularibus ordinandis utrique possint in his inter-

stitiis dispensare. Attamen proprie loquendo Praelati Regularium privilegiatorum non dispensant in interstitiis cum suis subditis, utpote vi ipsius privilegii a jure seu obligatione servandi interstitia exemptis. Quidquid autem sit de praemissis, sanctè & rectè faciendū, etiam hi, si dum non subest necessitas seu iusta causa, observari a suis curent statuta jure interstitia. Quod proinde etiam praescribitur in Constitutionibus Fratrum Minorum.

QUESTIO IX.

De Effectu Sacramenti Ordinis.

DICO I. Sacramentum Ordinis confert gratiam habitualem, & suo tempore auxilia gratiae actualis. Patet ex dictis de Effectu Sacramentorum in genere. Idque consequenter verum est de singulis Ordinibus, posito quod singuli sint Sacramentum.

92. Effectus huius Sacramenti est gratia.

DICO II. Sacramentum Ordinis imprimi characterem. Est de fide ex Florentino in Decreto de Armenis, & Tridentino sess. 7. can. 9. de Sacram. in gen. Idque verum est non solum de Sacerdotio, sed etiam de aliis Ordinibus, quotquot sunt Sacramentum; ut ex indefinita doctrina Conciliorum constat. Deinde singuli Ordines qui sunt Sacramentum, sunt initerabiles: initerabilitas autem Sacramenti oritur ex characterem; ut patet ex Conciliis citatis.

93. Eum imprimunt quotquot Ordines sunt Sacramentum;

Characteres porro illi sunt distincti, idque probabilius specie, ut docet Scotus dist. 24. numero 11. Praepositus dub. 19. quia sunt signa diversorum Ordinum susceptorum, & disponunt ad actus distinctos; suntque ita a se invicem independentes, ut non tantum inferiores sine superioribus, sed etiam è contrà possint conferri, & in actum exire.

Et quidem singuli distinctum specie.

Major difficultas est, an Consecratio Episcopi, & praesertim secunda Ordinatio partialis Sacerdotis distinctum imprimant characterem. Negat Vasquez disp. 239. num. 57. putans conferri solam novam potestatem Episcopo, sicut Sacerdoti priori consecratione consecrato supponit conferri solum novam potestatem absolventi à peccatis. Affirmat Praepositus supra & plures alii. Idque videtur probabilius; quia confertur nova gratia, item nova potestas inamissibilis, & actio initerabili; & quia character Sacerdotii non sufficit ad denotandum, quod aliquis sit Episcopus, vel ordinatus secundam Ordinationem sacerdotali. Nec hinc sequitur, tot esse characteres qui conferuntur per secundam Ordinationem, quot sunt Sacramenta, ad quorum consecrationem accipit potestatem, v. g. Poenitentiae, extremæ Unctionis &c. Nam istae potestates non possunt dari separatim, sed simul; sicut simul datur in una Ordinatione potestas in

94. Anticonsecratione Episcopi vel secunda Ordinatione Sacerdotis imprimatur distinctus character, controversum est. Verosimilius est, quod sic.

Cor-

Corpus & Sanguinem Christi verum. Et sicut non possit Episcopalis potestas valide sic conferri, ut separatim daretur potestas ad ordinandum, & separatim ad confirmandum. Itaque eo ipso, quod accipit potestatem remittendi peccata, accipit quoque potestatem in extremam Unctionem, sitque capax obtinendæ commissionis ad confirmandum, & aliquos Ordines conferendum.

QUESTIO X.

De Continentia sacris Ordinibus annexa.

§. I.

An initiati sacris Ordinibus reneantur abstinere à Matrimonio?

95. Obligatio continentie non tangit initiatos minoribus sacris Ordinibus.

MISSA Clericorum obligatione, de recitando quotidie horas Cónicas (quæ respicit beneficiatos & in sacris constitutos, soletque explicari in materia de Religione) hoc loco communiter agitur de eorumdem obligatione ad cœlibatum seu continentiam, & incapacitate contrahendi matrimonium. Quæ obligatio etiam concernit indubiè eos tantum, qui majoribus sunt Ordinibus insigniti; ut ex sensu omnium, praxique Ecclesiæ & usu est manifestum.

An hi peccent redeundo ad statum secularem, etiam sine quæsa.

Quoad tonsuratos verò & minoribus tantum Ordinibus decoratos, certum in primis est, nullatenus peccare eos, qui ex justa & rationabili causa redeunt ad statum secularem: non enim per minores Ordines inducitur vinculum indissolubile. Certum quoque est non peccare mortaliter, etsi id faciant absque rationabili causa: neque enim ex natura rei, neque ex jure positivo deduci potest gravis obligatio ad permanendum in statu isto. Quàmvis Sanchez, Coninck & alii admittant tales peccare venialiter, ratione scilicet levitatis & inconstantie in bono inchoato. Quòd si verò quis ab initio statum clericalem assumeret absque animo perseverandi, censet Bannez, Aragon, Barbosa & alii apud Aversa quæst. 4. de Ordine. sect. 2. talem peccare mortaliter. Verùm omnino dicendum est, eum solum peccare venialiter, etsi ab initio ex sola levitate intendat recedere à statu isto. Immo nullo modo peccaret, si ab initio haberet solum animum experiendi, seu faciendi postea quod magis expedierit. Ad summum igitur peccaret graviter, qui ex intentione graviter mala istum statum assumeret, v. g. ex fine effugiendi fraudulenter justum judicium cum damno tertii, aut alio fine simili. Qua-

Qua mente sint assumendi.

re quod Tridentinum sess. 23. c. 4. de Reformatione statuit, ut primà Tonsurâ non inveniatur, de quibus probabilis coniectura non sit, eos non seculares iudicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegerint; ad summum facit, quòd Episcopus seculus agens non rectè procedat, aut etiam peccet, sic fraudulenter volens effugere justum iudicium sive cum damno tertii. Nec vetat de cetero eligi statum clericalem, etsi tantum ad tempus, re-cto alioquin fine, scilicet ad serviendum Deo. His præmissis

DICO I. Ab initio Ecclesiæ fuit cœnitus Sacerdotibus & Diaconis prohibitum contrahere matrimonium. Patet ex Can. 27. Apostolorum, Concilio Ancyrano can. 10. & ex antiquissimis Pontificibus & Patribus, quos vide apud Bellarm. l. 1. de Clericis cap. 19. Ut proinde impudenter mentiantur Melancthon & Remnitus dicentes hanc legem continentie à Romanis Pontificibus contra antiqua Concilia introductam. Quam etiam videre est in Conciliis Vormaciensi, Aquileysensi & Moguntino sub Carolo Magno: unde colligas eorundem Sacerdotum splendorem mendacium, quo dixerunt inventam fuisse deum ante quadringentos annos in Germania istam continentie legem.

Dixi Sacerdotibus & Diaconis: quia Subdiaconatui fortasse non semper fuisse annexam obligationem continentie censet Vasquez, cum aliis: eò quòd ab initio non fuerit Ordo sacer, ut colligitur ex cap. A multis, de Etate & Qual. & Ordin. præfati. Postmodum tamen inter sacros Ordines est habitus, & obligationem continentie habet annexam, ut ex can. cit. patet. Nihilominus ex antiquissimis auctoritatibus Aversa quæst. 4. sect. 5. § Tertio, colligitur continentiam ab initio fuisse annexam Subdiaconatui. Nam can. 27. Apostolorum statuitur: *Ampli, qui ad Clerum proveci sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant, sed Lectores & Cantores, tantummodo. Et Concilium Eliberinum sub Silvestro can. 23. placuit (inquit) in totum prohiberi presbyteris, Diaconibus & Subdiaconibus, abstinere conjugibus suis, & non generare filios. Alibi etiam nomine Diaconorum communi quadam appellatione comprehenduntur quoque Subdiaconi; ut perique advertunt: peccatiunde apparet initium, ex quo desuper ista Subdiaconorum obligatio. Ita Aversa. Qui etiam advertit, quòd non semper fuerit Ordo sacer, sive quia olim sic vocabantur soli illi, qui conferuntur per impositionem manuum, aut certè illi soli, quibus gratia concessum tangere & ministrare corpus Domini. Postea autem generaliter sacri dicti sunt, qui proximè ministrant in altari & continentiam annexam habent.*

DICO II. Initiati sacris Ordinibus non tantum illicitè, sed etiam invalide contrahunt matrimonium. Patet ex variis juribus, & novissimè ex Tridentino sess. 24. can. 9. ubi id sub notione

id sub anathemate definit.

Dico III. Qui post initium matrimonium susceperunt sacros Ordines, tenentur etiam ad continentiam. Patet ex Carthaginensi II. can. 2. ubi præscribit Sacerdotibus & Diaconis continentes esse in omnibus &c. & ut præfati prædicite custodes etiam ab uxoribus se abstineant. Et interserit: *Vi quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Et ex Epiphano Hæresi 59. inter alia dicente: *Sed adhuc viventem & liberos gignentem unius uxoris virum non suscipit.* (Ecclesia) sed eum, qui se ab una uxore continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, Presbyterum & Episcopum, & Hypodiaconum; maxime ubi fuerint canones Ecclesiastici. Plura Testimonia vide apud Bellarminum supra.

Conclusio intelligitur quoad Ecclesiam Latinam: quia in Græca, etsi Sacerdotes & alii fuerint aliquando adstricti ad omnimodam continentiam, etiam ab uxoribus, quas ante susceptioem Ordinis duxerant; ut patet ex Epiphano supra & ex c. Quoniam, dist. 3. & aliis, quæ allegat Præpositus dub. 21. postmodum tamen hæc lex quoad illos abrogata est, ideoque licite, saltem extra dies sui ministerii, utuntur suis uxoribus, ut colligitur ex c. Aliter, dist. 31. ubi ex Stephano. Papa in Concilio Lateranensi dicitur: *Aliter se Orientalium habet traditio Ecclesiarum, aliter hujus S. Ecclesie Romana: nam eorum Sacerdotes, Diaconi & Subdiaconi matrimonio copulantur (scilicet jam inuito) istius autem Ecclesie (scilicet Romanæ) nullus Sacerdotum à Subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium sortendi.* Idem satis clarè supponitur à Clemente III. c. Quasitum, de Penit. & Remission. & Innocentio III. c. Vi Clericorum, de vita & honestate Clericorum, & c. Cum olim de Clericis conjugatis.

Nihilominus juxta Præpositum quest. de Sacram. Ordinis dub. 21. apud Catholicos constat, etiam Græcis ita fuisse illicitum contractum matrimoniale, ut nunquam eis antea ordinatis licuerit illud inire. Et constat. Cum olim cit. ibi: *Quoniam Orientales in minoribus Ordinibus contrahunt, & in superioribus continentur Matrimonio jam contracto.* Et clarius can. 6. Concilii Quinisexti, ibi: *Decernimus, ut deinceps penitus, Hypodiacono, Diacono, Presbytero, post Ordinationem suam contrahere non liceat.* Si tamen contrahant, eorum conjugia, quamvis illicita, esse adhuc valida, censet, Arcadius in Concord. l. 7. c. 42. donec à Romana Ecclesia in futurum etiam pro Græcis statuatur invalida. Simpliciter etiam vetitum fuit Episcopis, vacare conjugio antea inuito: sicut habetur can. 12. Sed reliquis concessum est, ut antea conjugati (cum unica scilicet & virgine) possent ad sacros Ordines promoveri.

§. II.

An Continentia sit annexa Ordinibus sacris ex jure divino, vel Ecclesiastico, an autem ex voto?

SUPPONO tamquam indubitatum, Continentiam Clericorum non tantum obligare ad abstinendum à nuptiis, sed etiam ab omni actu venereo. Patet ex c. Vi Clericorum, de vita & honestate Clericorum, & multis aliis, quæ citat Sanchez l. 7. d. 27. n. 3. Patet etiam ex eo, quod hujusmodi clerici fornicantes ultra peccatum luxuriæ committant sacrilegium.

101. Continentia Clericorum ad quid obliget.

Dico I. Initiati aliquo majori Ordine non obligantur ad continentiam ex jure divino positivo. Ita D. Thomas, D. Bonaventura, Scotus & alii Doctores communiter contra Franciscum Turrianum & paucos alios. Nam nullibi extat hac de re jus divinum. Et Ecclesia atque non permisisset Orientalibus ordinatis, etiam Sacerdotibus, usum uxorum, neque de facto permetteret Græcis Catholicis cum Ecclesia Romana communionem habentibus: quos etiam propterea non reprehendit.

non est iure divino.

Dico II. Continentia sacris Ordinibus est annexa solum ex præcepto Ecclesiæ; non autem ex voto, nequidem tacito, seu quod fiat ipsa susceptione Ordinis sacri. Ita contra D. Thomam & alios plurimos tum Scholasticos, tum Morales, tum Canonistas, tenet Scotus & plurimi Juristæ, compluresque Theologi, quos sequitur Aversa q. 4. sect. 7. §. Præferendus tamen.

102. Nec propriè ex voto, sed ex præcepto Ecclesiastico.

Probatum I. quia plurimi canones ac decreta imponunt simpliciter Clericis obligationem continentie, sicut ceteris præceptis imponitur alterius rei obligatio. Can. 29. Apostolorum: *Innuptis autem qui ad clerum proveci sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant: sed Lectores Cantoresque tantummodo.* Sub horum nomine intelliguntur omnes minores Ordines; ut omnes supponunt, nisi quod Pasquez disp. 249. num. 27. intelligat ibi id solis Lectoris & Ostiariis permitti, ceteris autem prohiberi, etiam Exorcistis & Acolythis; sed sine fundamento. Carthaginense II. can. 2. & refertur cap. Cum in præterito, d. 84. Placuit (inquit) sanctos Antistites & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Eliberitanum can. 33. Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios. Concilium Roma-

Probatum primò ex Canonibus.

num sub Silvestro can. 8. Nullum autem Subdiaconorum ad nuptias transire precipimus. Significanter loquuntur alii canones. Quare etiam passim solet vocari Lex vel præceptum continentia. Ac etiam hodie promovendis ad Subdiaconatum non exponitur obligatio voti, sed legis Ecclesiasticæ, et continentium; ut patet ex Pontificali Romano. Allegatur etiam Trid. sess. 24. can. 9. Si quis (inquit) dixerit Clericos in sacris Ordinibus constitutos vel Regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiasticâ (scilicet quoad ordinatos) vel voto (scilicet quoad Religiosos) anathema sit. Verum attentâ Historiâ Palavicini, existimo hinc nil firmiter concludi contra oppositam Sententiam; cum Canon iste solum damnet opposita verba Lutheri. Unde Cardinalis Hofius suam sententiam scripto exprimens, ac ad Synodi scribas mittens, inter alia aiebat, *Nonum canonem à se comprobari, modo intelligeretur secundum Synodi mentem; quæ non fuerat ut deserviretur, legem calvianis esse legem Ecclesiasticam, de quo ne disputatum quidem fuerat, sed solum ut damnaretur error Lutheri cum iisdem ipsius verbis, quæ erant: Non obstantibus lege Ecclesiasticâ, & voto. Ita refert Palavicinus l. 23. c. 9. n. 2. addens n. 3. illa verba lege Ecclesiasticâ similiter displicuisse Cardinali Lotharingæ; quæ tamen comprobavit, ubi majori parti probarentur, sed secundum veram Concilii mentem, adjecitque idem planè, quod Cardinalis Hofius: atque in hoc complures ejus sententiam complexi sunt, ut inquit Palavicinus supra.*

103.
Probatur
secundò ex
hoc, quod
alias expref-
sè deberet
votum pro-
poni.

Probatur
tertio ex eo
quod possit
obligatio
voti igno-
rari, immò
excludi.

104.
Non obstat
quod inter-
dum utan-
tur iura no-
mine voti.

Probatur II. quia si esset ex voto, mirum, quod Ecclesia hoc non clarè exprimeret, immò expressam emissionem voti non exigeret: quamquam enim etiam tacita professio Religiosa æquivalcat expressæ, tamen solum admittitur in defectum & supplementum expressæ; & hæc quidem per se instituta est fieri.

Probatur III. quia potest suscipiens Sacramentum Ordinis ignorare obligationem voti annexam; & quamquam sciret, potest expressè habere equidem animum non votendi: atqui talis adhuc obligaretur ad continentiam; non quidem ex voto: cum hoc essentialiter pendeat à propria voluntate & intentione votentis: ergo ex præcepto; ut etiam fatetur Suarez, Sanchez, & plures alii: ergo similiter ceteri obligantur ex præcepto; ubi enim de istis legitur lex specialis Ecclesiæ? Solum itaque sunt generales leges obligantes omnes Clericos ordinatos ad ipsam continentiam.

Dices I. Cap. unic. de Voto in 6. Extrav. Antiqua Joan. XXII. eod. tit. expressè vocatur votum. In pluribus aliis antiquis canonibus vocatur promissio, sponsio castitatis sive continentia, eaque ordinandis imponitur. Respondet Coninck, Clericos

obligati, tum ex præcepto, tum ex voto. Sed alii communiter rejiciunt: quia non sunt multiplicanda vincula sine necessitate. Aliàs certè ordinarus omnis peccaret duplici sacrilegio, scilicet contra votum, & contra præceptum, & simul contra castitatem. Resp. itaque vocari votum similitudinariè, non propriè, idque satis colligitur subjecta materia, & fundamentis notæ Conclusionis.

Instabis: Loquitur Bonifacius de voto, quod postea dividit in illud quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut per professionem. Resp. loquitur generaliter de voto, proprio vel similitudinario, debetque ex subjecta materia utriusque membro accommodari cum proportionè. Similitudo autem consistit in eo, quod sicut votum seu professionem quicquid liberè assumit, & in obligationem consequentem se conjicit, eamque voluntariè acceptat & profitetur, sic ordinandus simpliciter non potest compelli ad hanc obligationem per legem aliquam, sed illam spontè assumit & acceptat suscipiendo ipsum Ordinem: estque obligatio religiosa, seu spectans ad virtutem religionis, ut obligatio voti. Confirmatur: quia hoc Papa appellat votum, per quod generaliter dirimitur matrimonium contrahendum ab Ordinato: sed hoc est ipsum Ecclesiæ præceptum; ut patet in iis, qui dum suscipiunt Ordines votum omnino ignorant, aut sanè per intentionem excludunt. Adem autem est in aliis: cum eodem modo & generaliter procedant canones.

Dices II. Ergo illi qui ante vel post susceptos sacros Ordines emittunt expressam castitatis votum, sive simplex, sive solemnè, transgrediendo peccant duplici sacrilegio, scilicet contra votum & contra præceptum. Resp. Conced. totum: etsi enim utrumque sit contra religionem, hæc tamen continet sub se diversas species. Nam votum ex ea obligat, quatenus decet rem Deo promissam solvi, & indecens est non solvi. Præceptum autem Ecclesiæ latum est, non ex illo, sed ex alio motivo, sed ob reverentiam divini ministerii & sacri Ordinis. Sic qui transgreditur votum juratum peccat dupliciter contra religionem, primò quatenus agit contra votum, secundò quatenus contra juramentum.

Dices III. Canones, qui sonant præceptum, possunt sic intelligi, ut non præcipiatur quidem directè ipsi continentia, sed præcipiatur voti emissio. Resp. verba Canonum nimis clarè immediate præcipere ipsam continentiam, ut ea inspicienti patet. Deinde vi Canonum obligatur ad continentiam, etiam is qui manifestè votum excludit, aut qui omnino ignoravit: atqui non sunt de iis canones spe-

speciales, sed tantum generales, qui præcipiunt omnibus continentiam: ergo &c.

Dices IV. cum *Dicasillo* disp. 1. dub. 26. n. 390. Qui ignorat obligationem continentia, obligatur equidem ex voto, quod censetur tacite emittere, etsi ignoret, illud; idque eo ipso, quod volens & sciens initiatur Ordinibus sacris: quisquis enim sciens & prudens aliquid vult, etiam vult ei annexa, adeoque tacite consentit voto ex lege Ecclesie adjuncto. Resp. Neg. Assumpt. nam volens suscipere officium, eo ipso quidem censetur velle onera illi annexa per modum legis aut præcepti; adeoque ad summum censetur velle subire obligationem votendi, quia hæc obligatio per se dicitur sacro Ordini annexa; sed non per hoc censetur ipsemet de facto votere: cum hoc requirat propriam voluntatem votentis, quam non habet, qui prorsus ignorat. Immo etsi obligationem votendi sciret annexam, posset adhuc habere animum non votendi: sicut scire esse annexam obligationem legendi legas, necessariò quidem deberet subire obligationem legendi, posset tamen habere animum non legendi. Quare plures alii Auctores oppositæ sententiæ fatentur, talem obligari ex præcepto. Infero: ergo inde obligantur & reliqui. *Vasquez* autem putat talem non obligari ad continentiam. Sed est contra communem sententiam. Equidem quidquid sit de hoc, saltem sufficienter urget exemplum malitiosè nolentis votere: qui quid Varii diversimodè conentur evadere; sed frustra. Vide *Aversa* q. 4. scilicet 7. Unde *Dicasillo* aliis modis refutatis, excogitavit hunc, qui sequitur.

Dices V. cum eodem *Dicasillo* supra num. 394. & 398. & 400. Talis non esset quidem obligatus ad continentiam, adeoque si peccaret contra castitatem, solum peccaret unico peccato, maneret tamen semper & continuo obligatus ad votum castitatis committendum, eoque emisso inciperet peccatum luxuriæ in ipso esse sacrilegium. Resp. hoc est commentum contra sensum communem, etiam aliorum Auctorum; quod sufficit pro improbatione. Deinde sequeretur, talem validè contrahere matrimonium (quidquid dicat *Dicasillo*) nam Ordo facer tantum dirimit matrimonium ratione voti continentia (quod nos vocamus præceptum) seu quatenus solemniter sunt adstricti, qui ordinantur, ipsi continentia; ut patet ex Canonibus, & illis ipsis quidem, quos alii nobis obijciunt, c. un. de Voto in 6. & Ext. Antiqua supra cit. atqui talis non habet votum, quale putat *Dicasillo* intelligi iis Canonibus: ergo non est, unde dirimeretur matrimonium.

Dico II. Sacer Ordo dirimit matrimonium contrahendum jure Ecclesiastico. Ita *Scotus* supra, & alii communiter. Probatur: quia jus divinum de hoc nihil de-

crevit: votum etiam propriè non intervenit; & quàmvis interveniret, sine ulteriori ordinatione Ecclesie matrimonium non dirimeret: prout nec modò dirimit votum simplex, quod tamen solo jure Ecclesiastico differt à voto solemnè; ut clarè colligitur c. un. de Voto in 6.

§. III.

An ordinati in infantia aut ex metu obligentur ad Continentiam?

Dico I. Ordinati in infantia non tenentur ad castitatem. Ita *Sanchez* l. 7. disp. 30. num. 3. & alii communiter contra Antoninum, Ledesma & paucos alios. Probatur: nam non possunt teneri ex voto, cum ad illud emittendum non habuerint sufficientem libertatem: non etiam ex præcepto Ecclesie, quæ per se non obligat ad continentiam, nisi illos, qui sacrum Ordinem scienter & volenter assumunt; ut ex ipsis juribus satis constat. Immo (ut *Sanchez* advertit) aliter obligare non potuisset: eò quod continentia sit res adeò ardua, & præter inclinationem naturæ, ut nisi quis voluntariè statum continentia assumat, non possit ad eam cogi per humanam potestatem. Quibus consonat modus loquendi Apostoli 1. ad Cor. 7. & c. de us. dist. 28. ubi dicitur: Concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus, iis videlicet, qui voluntariè non assumunt statum, cui conjugium est interdictum. Quin immo (ut notat *Vasquez*) etsi obligatio continentia esset ex præcepto divino, non obligaret taliter ordinatos in infantia; non quidem defectu potestatis in Deo, sed ex benigna voluntatis divina interpretatione.

Capitulum ulterius non obligari ad continentiam ordinatos ante pubertatem: quia etsi sine capace aliorum præceptorum & votorum, non tamen præcepti aut voti tam ardui. Quare sicut jure antiquo non erat valida professio ante istud tempus c. Ad nostram, de Regular. sic nec censetur Ecclesia in talibus annexere votum aut præceptum de re tam ardua ac immutabili: quia tunc nec est sufficiens maturitas judicii. Nec obstat, quod posset talis votere castitatem perpetuam: nam illud votum semper est irritabile à parentibus vel tutoribus usque ad pubertatem; at votum continentia aut præceptum Ecclesie non subjacet istis; & matrimonium dirimit.

Si autem ordinetur post pubertatem ante annum ætatis decimum sextum, probabiliter valde obligaretur; nam etsi de professione aliud statuerit Tridentinum: tamen reliquit cetera vota & præcepta puberes concernentia invariata. Unde potest

contrahendum jure Ecclesiastico.

II. Ordinati in infantia non tenentur ad castitatem.

III. Non obligantur ordinati ante pubertatem.

Est possessio votere castitatem perpetuam.

II. Quid censendum de puberibus ante annum 16. ordinatis.

pubes vovere Religionem, aut castitatem perpetuam, sic ut sine sufficienti causa ne quidem Papa possit obligationem tollere, & olim ista ætas sufficiebat ad professionem; non est ergo, cur de facto non sufficeret ad obligationem continentiae annexæ Ordini per votum aut Ecclesiæ præceptum. Nec obstat, quòd statim exemplum professionis allegaverimus ad probandum, quòd non ligentur ordinati ante pubertatem: non enim intendimus præcisè argumentari à simili (quod in positivis non valet) sed assumpsimus ad ostendendum, quam rationabiliter explicetur mens Ecclesiæ, quòd non censetur velle præceptum continentiae, aut votum tacitum annexum Ordinibus afficere impuberes; qui non possunt, etsi vellent, etiam per votum explicitum se constituere in statu immutabili, quin illud ad libitum possint parentes vel tutores irritare. Quare si tales in Ordinum susceptione votum explicitum emitterent, non esset illud, quod Ecclesia annectit, nec dirimeret matrimonium, sed posset à prædictis irritari, atque esto non irritaretur, matrimonium valeret.

113.
Qualiter
ratificatio
subsequens
inducat ob-
ligationem
continentiae.

Si autem sic ordinatus adveniente sufficienti ætate ratificaret verbo vel facto, quod circa se gestum est, statim adveniret obligatio continendi cum effectu simili, sicut in ceteris ordinatis. Quòd autem c. *Ad Nostram, de Regularibus* concedatur triduum ad ratificandam professionem, solum datur ad hoc, ut possit interea reclamare & resistere, postea non amplius audiendus; idque solum procedit quoad præsumptionem fori externi. Posse verò ratificationem fieri apud Deum & in foro interno solâ mente, ait *Aversa q. 4. sect. 8. §. Tertio & Ceterum, sine fine*, & tunc non minus in conscientia firmari perpetuam obligationem. Sed hoc videtur mihi habere difficultatem, quantum ad effectus canonicos dirimendi matrimonium; immo etiam quoad obligationem, quantum ad ordinationem susceptam in infantia attinet (quæ secundum nos tantum est ex præcepto) videtur enim potius requiri signum externum, quod est accommodatum modo agendi humano.

114.
Non ligatur
hæc lege cõ-
tinentia or-
dinatus ex
metu gravi
ad id injus-
tè incusso.

Dico II. Non ligatur continentia, qui Ordinem suscipit, volens quidem, tamen adactus per vim aut metum gravem, scilicet injustum, ad hoc incussum. Ita Doctores communius contra *Vasquez disp. 246. num. 34.* & alios. Estque stylus Curiae, ut testatur *Rota* in decisionibus novissimis decis. 761. ut refert *Aversa q. 4. sect. 8.* Ratio est: quia votum sic expressè emissum est invalidum c. *Perlatum*: ubi est sermo (sed exempli occurrentis gratia) de voto professionis religiosæ: ergo etiam annexum Ordinis susceptioni, si tale sit. Si autem tantum sit præceptum Ecclesiasticum continentiae, multò minus tali casu obligat: nam

ad hoc Ecclesia non minorem requirit consensum, quam ad validitatem voti.

Confirmatur I. quia gesta per metum sunt ipso facto irrita, saltem, quando non possunt facillè per providentiam judicis irritari; aliis saltem irritabilia: quare cum in præsentibus sit quid stabile, quod non potest per judices ordinarios irritari aut dispensari, censendum est comprehendi sub ordinaria providentia juris, ut scilicet sit ipso facto irritum & nullum.

Confirmatur II. quia conjugatus per metum suscipiens Ordines non obligatur ad continentiam, etiam secundum alios; ergo nec suscipiens ita ante matrimonium: quia saltem deberet aliàs conjugatus ex sua parte obligari, ut si haberet votum simplex. Debet tamen vim vel metum passus ob scandalum & forum externum causas allegare, ut iudex irritum & nullum declaret, sicut etiam in matrimonio & professione invalida.

Dices I. *Toletanum VIII. can. de inviti* premoto dicit: *Si ad conjugia, morumque seculi, redire attentaverit, omni Ecclesiastica dignitate privetur, & apostata habeatur.* Vasquez ipse supra fatetur non constare, quòd loquatur Concilium de gravi metu seu cadente in constantem virum, sed Concilium mentionem in suo discursu facit etiam de metu mortis. Quare respondet Sanchez Concilium loqui, quando postea à metu liber ratificavit. Sed hoc non constat ex contextu Concilii. Fortè tamen quis diceret, id, facile confundere, & ex subiecta materia seu casu supponi contigisse. Aliter Responderi posset cum Sanchez Concilium tantum esse provinciale, nec receptum ab Ecclesia universali, immo nec viguisse in Hispania, ubi latum fuerat decretum istud. Addit *Aversa supra §. Quarta & Ad auctoritatem*, fortasse posse exponi de iis, qui etsi liberè forent ordinati, tamen invitati erant assumpti ad Ecclesiasticarum (ut loquitur Concilium) officia dignitatum.

Dices II. Qui metu baptizantur obligantur ad leges divinas & Ecclesiasticas, ergo &c. Resp. obligationem ad leges divinas Christianorum sequi tamquam necessarium accessorium ad validum baptismum; uti etiam sequitur ex jure divino subiecto ad potestatem Ecclesiæ, quæ consequenter potest illos cogere ad suarum legum, quæ non sunt tam arduæ, observantiam. At in præsentibus continentia obligatio non sequitur tamquam necessarium accessorium ad Ordines valide susceptos, sed ex libera dispositione Ecclesiæ, quæ non voluit tantum onus annectere, nisi spontè suscipienti: ut patet in ordinatis in infantia. Deinde ad statum Christianismi quisque equidem obligabatur; non ad statum ordinatorum, adeoque nec ad tam grave onus.

§. IV.

An Ecclesia recte Continentiam sacris Ordinibus annexerit?

Resp. Aff. contra Wicel, & Hæreticos recentiores. Probatur: quia Ecclesia potest hoc valide facere, ut patet ex ejus potestate legislativa, & Tridentino sess. 24. can. 9. Potest etiam licite: quia ad hoc cogit iustissima causa: nam (ut ait Sotus dist. 37. num. 4.) clericus deputatur ministerio sacro, quod requirit munditiam mentis & carnis, perspicacitatem intellectus, & fervorem affectus, ad quæ omnia disponit continentia, & ad eorum opposita frequentia actus carnalis. Neque in hoc Ecclesia alicui præjudicat: cum neminem cogat ad Ordinem suscipiendum: qui enim non potest vel non vult esse continens, ab ordine abstineat. Confirmatur: quia si Abimelech 1. Regum 21. noluerit dare panem sanctificatum, nisi mundis a mulieribus: quanto amplius munditia ab iisdem requiritur in illis, quorum indies est sumere & offerre Agnum immaculatum, vel saltem offerentibus proximè assistere. Deinde insanum est arguere Ecclesiam in Constitutionibus suis, præsertim adeo antiquis & solemnibus, immo Apostolicis.

Dices I. Apostolus 1. ad Timoth. 3. ait: Oportet Episcopum esse unius uxoris virum. Resp. Apostolum non requirere, ut Episcopus habeat actu uxorem, quam nec ipsemet Apostolus habuit: cum enim nulli alteri præcipiatur habere uxorem, ad quid præciperetur Episcopo? sed vult quod eligendus in Episcopum non sit bigamus, id est non habuerit plures uxores, sive interim unam habuerit, sive nullam. Quod clarè patet ex c. 5. ejusdem Epistolæ, ubi vult in diaconissam, eligi viduam, quæ fuerit unius viri uxor; ubi. Apostolus non vult eam actu habere virum, cum supponatur ipsa esse & mansura vidua: adolescentiores enim viduas, quæ postea volunt nubere, prohibet eligi.

Dices II. Apostolus ad Cor. 7. ait:

Propter fornicationem autem unusquisque suam aliam uxorem habeat. Resp. Apostolum ibi non præcipere vel consilium, ut omnes contrahant matrimonium; cum ibidem dicat: Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Item: Beatior erit, si sic manserit. Unde prædicta verba dirigit ad conjugatos, volens, ne propter conversionem ad fidem recedant à se invicem, sed perseverent in matrimonio prius habito, eoque (nisi obstat impedimentum) castè utantur ob periculum incontinentiæ, quod aliis incurrerant.

Dices III. Juxta Apostolum ad Hebr. 13. Honorabile connubium in omnibus: ergo etiam in sacerdotibus. Resp. Neg. Conf. non enim vult Apostolus, omnibus esse honestum, contrahere matrimonium, etiamsi sit vinculo continentiae adstricti (alioquin contradiceret sibi ipsi 1. ad Timoth. 5. ubi idcirco viduas assumptas in ministerium Ecclesiæ volentes nubere dicit habere damnationem) sed vult matrimonium ejusque usum secundum se esse in omnibus seu ex omni parte honorabile inter personas qualificatas, sive rationem Sacramenti, sive bonum fidei, sive bonum prolis spectes: vel esse honestum in omnibus, id est, apud omnes Gentes. Vel denique hortatur Hebræos, ut matrimonium jam contractum honorabile præstent, nihil committendo contrarium pudicitiae conjugali. Unde subdit: Fornicarios enim & adulteros judicabit Deus.

Dices IV. Prohibere nuptias est proprium Hæreticorum juxta Apostolum 1. ad Timoth. 4. Resp. Apostolum solum velle, quod sit Hæreticorum damnare generaliter nuptias, tamquam naturæ suæ malas, ut quidam Hæretici fecerunt: hoc autem non facit Ecclesia, quæ nuptias manifestè approbat, immo inter Sacramenta recenset; easque tum ob reverentiam sacrarum functionum, tum ob alias Ecclesiæ utilitates, prohibet iocundis, qui se voluntariè in tali statu collocarunt; quod non tangit Apostolus. Solutiones quarumdam aliarum objectionum, & falsarum historiarum, quas solent Hæretici fabricare, vide apud Bellarminum lib. 1. de Clericis cap. 20. & duobus seqq.

